Rinax. C. 35

A. R. P.

F. THOMAE CAMPANELLAE

ORD. PRÆD. SAC. THEOL. MAG.

MONARCHIA MESSIAE

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.

DIO BAPTISTAE PALLOTTAE

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO,

Archiepiscopo Thessalonicensi, Ferrariæq; Apost. Sedis à latere Legato

D I C A T A.

CVM PRIVILEGIO

BIBL. NACIONAL 1579

ÆSII, Apud Gregorium Asterinum. M.DC.XXXIII

BIBLIOTECA NACIONAL

CUM SUPERIORUM PERMISSU

A. R. P.

F. THOMAE CAMPANELLAE

ORD. PRÆD. SAC. THEOL. MAG.

MONARCHIA MESSIAE.

COMPENDIVM SCRIPTI SECVNDI.

In quo per Philosophiam Diuinam, & Humanam, demonstrantur Iura Summi Pontificis, Christianorum Patris, & Capitis, super vniuersum orbem in temporalibus, & spiritualibus: & Iura Principum, filiorum, ac membrorum super subditos Populos, mirabili quadam, nouaq; ratione.

Reipub. vtilissima, in confusionem schismaticorum, & pseudo politicorum, & hæreticorum: Ad extinguendum inter Principes Zelum, discordiasq; & ad tutelam ipsorum mutuam ab inuicem, & ab exteris sectarijs.

Item de Iuribus Regis Catholici in alterum Hemisphærium, contra adulantes, & aduersantes.

12124-10

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO.

D. IO. BAPTISTAE PALLOTTAE

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO, ARCHIEPISCOPO TESALONICEN. NEC NON FERRARIÆ APOST. SEDIS A LATERE LEGATO.

F. ALBERTVS BONIVS, ÆSINAS Lect. Ord. Prædicatorum E. P. S.

CAMPANA hęc, Eminentissime Princeps, quam nuper Æsij in patria mea fundendam curaui, cũ non ex impuro falsarum opinionũ ære, sed ex defęcato doctrinę cælestis argento sit composita, gratum apud omnium Catholicorum aures, si in aliquem præexcelsum locum collocaretur sonũ dubio procul esset editura. Itaq; maxime certum habens quantum ad opera eximia sustentanda sis ipse propensus, reuerenter sum ausus illam in aerea tui Eminentissimi nominis arce collocare. Etenim in tanta celsitudine posita, præterquam quod linguę Zoilorum ictibus haud erit expositа, ab omnibus, cum omnes audire aueant, audietur. Præcibus tecum agerem, vt hoc onus subires, verum tua humanitas singularis me abduxit, ac recipit fore, vti, & Campanam robore tuæ virtutis sustineas, & qui te illa donauit, humanissime in tuorum famulorum cœtum recipias. Vale, & sta Ecclesię Catholicæ Virtutum, nobilitatisq; Eminentissima Turris.

. . . . . Donec fluctus Formica Marinos
Ebibat, ac totum testudo perambulet orbem.

Æsij XVIII. Kal. septem. M. DC. XXXIII.

APPROBATIONES

Imprimatur si videbitur R.mo P. Magistro S. P.
Ant. Epus Bellicastr. vices gerens.

Approbatio Ad. R. P. Magistri F. Nicolai Riccardij, tunc Regentis in Collegio S. Tho. de Aquino Romæ in Conuentu S. Mariæ super Mineruam, nunc vero Sacri Palatij Apostolicî Rmi Magistri.

Vidi iubente Reuerendiss. Sacri Apostolici Palatij Magistro, & Apostolico ordinis nostri Vicario, hanc de Monarchia Messiæ, & Iuribus Dominij ecclesiastici dissertationem. Post repetitam, iterum atq; iterum lectionem, censeo argumentum nobilissimum omnino pro dignitate tractatum esse à uiro sapientissimo: & non solum esse omni reprehensione uacuum, sed omni dignam eulogio luculentissimam lucubrationem: nihilq; sacris Dogmatibus, aut probis moribus repugnantem. Romæ in S. M. S. Mineruam 4. Idus Ianuarij M. DC. XXIX.
Frater Nicolaus Riccardius.

Approbatio Ad. R. P. M. F. Io: Thomæ Castaldi de Alaisio, supremæ, & vniuersalis Inquisitionis Romanæ Vicecomissarij Generalis, ex commissione R.mi P. F. Nicolai Rodulfij Mag. Ord. Prædicatorum.

Quæ in hoc opusculo de Monarchia Messiæ, & Iuribus Dominij Ecclesiastici, ab Ad. R. P. F. Thoma Campanella mco nri Ord. differuntur, summi Pontificis super uniuersum orbem directam in ipsius ædificationem, & pro meritate, Potestatem Monarchicam non modò in temporalibus, & si secundariò, mirificè ostendunt. Neq; tamen Principibus ius ullum gubernandi tollunt, sed collectius, & fortius stabiliri pulcherrimis rationibus ex Philosophiæ Diuinæ, & humanæ arcanis, efficacitèr demonstrant, sunt Catholicæ Fidei, & Christianæ Politiæ consentaneæ: eaq; eruditione referta, ut dignissima esse censeam, quæ ad Vrbis, & Orbis utilitatem typis mandentur. Dat. in Palatio officij Vrbis die 20. Iunij 1630.
Ita est. Ego Frater Ioannes Thomas de Alaisio.

Approbatio ex parte R.mi P. M.ri Generalis.

Nos Frater Vincentius Bartolus, Sac Theol. Mr, & Prõlis Siciliæ Ord. Præd.

Visis supradictis attestationibus, facultatem damus, ex ordine, & commissione Reuerendiss. P. Magistri Generalis F. Nicolai Rodulfi R. P. M. Thomæ Campanellæ, ut librum actitulatum, Monarchia Messiæ &c typis mandare possit, seruatis tamen seruandis: & quantum in nobis est. In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Conuentu S. Mariæ super Mineruam die XXVIII. Iunij M. D. C. XXX.
F. Vincentius Bartolus qui supra manu propria.
Loco † Sigilli
Fr. Reginaldus Luccarinus Lector, & socius.

Imprimatur.
Vic. S. Officij Æsin.

PRAEFATIO

DE NECESSITATE, ET VTILITATE, ET CONGRVENTIA HVIVS VOLVMINIS.

POSTQVAM optimis remedijs, per æternæ sapientiæ logicam, Hæreticos, Gentiles, Iudæos, ac mahometanos ad fidem Dei vniuersalem, quæ optimum genus viuendi, dum sumus in corpore, portat, æternaq; deindè pollicetur, ostendit, acquiritq; vitã, reuocauimus. Et quoniam Atheistæ nos ab hac conuersione impediebant, eis occurimus tàm validè, vt nequeant se non victos fateri; consequens est, vt Principes, & Doctores commoneremus eos, qui monarchiam Christi parùm considerantes, Pontifici Maximo, ad tantum bonum nõ obediunt. Propterea de mensiæ monarchia prioribus libris, liber iste connectitur, super omnes vtilissimus pluribus ex causis.

I. Ad conscientiarum consolationem, quoniam re vera Christus super omnes Reges terræ, Pastorem posuit Petrũ Apostolorum Principem, nè à cultu Dei, qui est Reipublicę finis, ac fœlicitatis trames, deuiare queant.

II. Ad tutelam Principum prępotentium, & imbecillių

sub communi Patre: Dum enim sub Papatu militant, alter alterius ditionem inuadere nequit. Et dum fortiores contra infideles pungant, ab alijs impediri non possint.

III. Ad totius mundi subiectionem, sub fidem Christi, & sub dominio Christianorum Principum, qui supra ducentas prouincias amisère, ab infidelibus, mahometanis, & hæreticis, propria discordia nostrorum, occupatas. Nec absq; huius libri præceptis obseruatis, recuperãdi affulgère potest spes.

IIII. Quoniàm perpetuæ quærelę, & rixę inter Principes & subditos populos grassantur; nec est qui possit eas tollere. Vnde Aragonenses Tribunal Iustitiæ inter ipsos, ac Regem (natura duce) posuerunt; sicut Genua, Florentia; aliæq; Ciuitates, exterum Iudicem, quem dicunt Potestatem, vt Ius dicat inter proceres, & plebem, vocare consueuerunt. Christus autem hanc potestatem super omnia Regna, in Petro posuit. Quam qui renuit, (vt ex hoc lib. ostenditur) remedium diuinum, necessariumq; euertit, & contrà Dei voluntatem, & contra propriam vtilitatem conatur.

V. Apprimè consulit Syntagma hoc Hyspanorũ Regi, dum suam in nouũ hæmisphærium monarchiam, ex Christi monarchia iustificat, sui sq; malis hinc medelã inuenit. Cõsulit etiam amplius Gallorum Regi, quem Christi Resp. erexit sæpè labentem, & dum Ecclesiæ Romanæ roborandæ operam nauat, inuenitur semper floruisse, ac amplificatum ex hoc esse: vt & qui ipsam impetiuère, corruisse simul aperitur.

VI. Quoniã Hæretici, ac macchiauelliſtæ, contra dogma hoc de vnitate Christianorum sub Papatu passim scribunt, vt discrepantia, & dissensio, ab vnitate perdat Principes, populosq; Christi; Propterea vtilis est liber, ad vnitatem ex S. literis, & summis Doctoribus, & Concilijs sanctis, & communi bono, & Phylosophorum decretis, persuadens: & omnes discordias eradicans inter Principes, & fallacias per pseudo-

do theologorum, nutrientium Zizania ; detegens ; auferéſq; de hoc ſcribentium Zelotyporum imperitiam , ità incautam, vt pro concordia , & pace,bellum,ſerant. Quæ omnia ex ſequenti ampliſsimo patebunt Commentario ; cui non ſufficiunt,quæ in libro primo de monarchia Xpianorum ad Principes pro communi bono polyticè ſcripseramus .



FVNDAMENTA AC REGVLAE

VNIVERSALES OMNIVM PRINCIPATVVM, AC DOMINIORVM, PRAVORVM. BONORVM, MELIORVM, OPTIMORVM, PRÆCIPVE AVTEM VNIVERSALIS MONARCHIÆ MESSIÆ: QVÆ PHILOSOPHIA HVMANA, AC DIVINA AGNOSCIT.

CAP.m Pm.

I. DOMINVS verè, absolutè, ac veluti per essentiam, & per se dicitur de Iure, & de facto ille, qui potest vti rebus, quoniam suis, quomodocunque, & quandocumq; sibi libuerit. Hac quidem ratione solus Deus, vt dicitur in Hymo Angelico, est Dominus rerum, arq; hominum, quoniam ipsius prorsus sunt: ipseq; dedit eis esse corpus, & animam, & bona exteriora istis seruientia. Idcircò nascuntur, moriuntur, trasmutãtur in substantia, & qualitate, & quantitate, & operatione, quando, & quomodo illi placet.

II. Dominus per participationem, & secundum quid, dicitur ille, qui potest vti rebus, & hominibus ea ratione, qua sibi à per se Domino conceduntur, fiuntq; sua, & dum, & quatenus, & quando sua; at non quomodocumque, & quandocumque sibi placet, sed Deo. Dominus enim est, ait S. Thom. cpus. 72. qui quod possidet, possidet vt suum. At homo omnia à Deo habet, & sub lege naturali, & positiua Dei.

III. Nullus igitur homo est dominus primo modo sui ipsius, (siue enim viuimus, siue morimur, domini sumus, inquit Apost.) neque animalium, neque herbarum, neq; rei alius cuiuscumque; multò autem minus hominum: quoniam non potest quomodolibet, ac pro arbitrio re vlla vti, nec seipso, nisi secũ-

dum regulam ; quàm illi præfixit vnus, & primus dominus Creator omnium, propterea quod ipsius non erant, qui eas non creauit, sed in vsum accepit, ac regimen sub quibusdam rationis, ac legis limitibus, vndè, & proprijs mēbris vti ad libitum, & animalibus, & plantis abuti, in lege Domini sæpius vetamur.

IIII. Donatarius, Depositarius, Commodatarius, Mutuatarius, Emptor, Campsor, Fœudatarius, dicuntur Domini rei datæ, vel Depositatæ, vel Mutuatæ, vel Emptæ, vel Cambitę, vel Infeudatæ, ea tantum ratione, qua facta est ipsorum propria de Iure, & de facto; & donec &c.

V. Quicumq; re quapiam vtitur aliter quam permittit ratio æterna, aut naturalis, aut scripta, tenetur ad restitutionem, aut homini, contra quem illam vsurpat, aut Deo, cuius plus poreſtatis subreptitię, vsurpata quàm accepit. Idcircò, qui proprijs abutitur oculis, vel manibus, aut gladio, aut re quacumq; familiari prauè: restituet Deo in pœnis, aut in pœnitentia, quicquid, & quantum vsurpauerit. & quidem potiori Iure, quam homini ablata restituuntur; cui nimirum eatenus tantum restituuntur, quatenus à Deo factus erat Dominus, & proprietarius ablatorum à fure: Iuxta hunc sensum rectè dicunt Ambros. & Basil. & Isidor: panem, quem detinemus, & pecuniam quam in terram defodimus, non esse nostram, eo quod abutimur illis, & tenemur ad restitutionē, hoc est, Deo, in pœnam, nisi restituamus Deo in pauperibus suis. Nemo proprium dicat, quod plusquam sufficeret sumptum est &c. Nam de Iure primæuo nihil esset particulare, & proprium cuiq; &c. Domini est Terra, & plenitudo eius. Partitio est de Iure Gentium, quod ab iniquitate suscepit occasionem, teste S. Clem. hoc est tunc quando Ius naturæ iugulat. &c.

VI Homo nullus potest hominum esse Dominus, per se, absolutus, & primo modo, ità quod possit illi auferre bona, & vitam, quando, & quemodo sibi placet, eo modo quo Rex Turcarum facit iniustè plerunq; & sine causa; quandoquidem non ipse dedit illis vitam, & bona, nec aliud quippiam primo modo suum. Quod enim homo dat non sic est suum, sed à Deo accepit immediatè, aut mediantibus genitoribus, aut amicis, aut per aliam quamcumq; translationem, secundum quod Fatum, hoc est, Diuinus ordo, fert. Idcircò Donator transfert Dominium; sed Deus non potest transferre à se in nos suum dominium; quoniam impossibile est quod nos simus, aut, quod sint illæ res, quas habemus, absque eo quod dependeant à Deo, in esse, & operari, & conseruari.

VII Quando ergò dixit Deus, dominamini piscibus maris, volatilibus Cæli, & bestijs terræ, intelligitur, dominio participato, aut vsuali, non absoluto, & illo de pleno; nam etiam post quam esu assumpta est res, ac in nostram conuersa substantiam, est Dei, & per Deum, & in Deo magis quàm in nobis: & iuxtà regulam Dei, illa nobis, in nobis vtendum est. ergò multo magis eis rebus, quæ nobis consubstantiatæ non sunt.

VIII Vix aut nunquam legitur, quod Deus fecerit hominem dominum hominum, sed magis patrem tm, aut Gubernatorem, ideſt Regem, aut Ducem, aut Pastorem; At quando homo sua prauitate vertitur in bestiam, sæpè Deus facit hominem dominum hominis ad punitionem eius. Sicut Moyses factus est Deus Pharaonis, & Nabuchodonosor dominus nationum, quod tamē iste non agnoscens, erat quasi carnifex vniuersalis; sic sunt omnes Tyranni permissu Dei, teste Isaia.

IX Quinimò nequè Rex, & Dominus Polyticus, nequè Dux, nequè Gubernator hominum, potest esse homo in quantùm homo, & ex se ipso; quoniàm Dominus, aut Rector, debet esse omnium simul gubernandorum sapientissimus, & potentissimus, vt virtutibus eos exornet, & à vitijs frenet; Similitèr, & amantissimus fœliciatis ipsorum, & magis quàm ipsi proprium cupiunt bonum, sicuti Pater, melius, atq; magis amat bonum filiorum, quàm sciunt amare ipsimet filij. Quapropter cum homo sit eiusdem speciei, non habet plus sapientiæ,

neq;

neque virium, quàm omnes subditi eius simul, neque quàm multi particulares: neque magis amat bonum publicum, quàm omnes priuati simul; sicut Caper non potest Caprarum esse Dominus, neque Taurus Boum, nec Aquila Aquilarum; sed Pastor, qui homo est superioris, excellentioriſq; speciei, potest bene imperare, atque regere Capras; & Bubuculus Boues. Ideo enim belluæ, quæ carent Regę excellentioris speciei, viuunt in Anarchia, sicut Lupi, & Passeres; aut in Democratia, sicut Formicæ, & Locustæ, & Grues. Sed Apes in Regno, propterea, quod habent Regem superioris speciei, distinctum magnitudine, & colore ab eis. Plura quoque piscium genera Regem habent à natura coronatum. At inter homines nemo nascitur cum corona in capite. ergo &c.

X. Potest homo naturaliter dominari, ac regere homines, non in quantum homo, sed in quantum est à Deo, vero dominatore auctorizatus; accipiens ab eo fundamentum, aut titulum superioritatis, per naturam, aut per gratiam. Hic autem non quatenùs homo, sed quatenus homo diuinus, imperabit, & quatenùs locumtenens Dei; non tamèn princeps dicitur: nisi prius immediatè fuerit à Deo declaratus, vel mediantibus sortibus diuino imperio, vèl in remedium malitiæ, vsurpatis, aut electione, aut successione, aut victoria in bello iusto, contra eos tantum, qui dignos se fecerunt, vt subijcerètur per vim, seruituti, sicut bestiales.

XI. Fundamentum Iuris dominandi inter bestias, vis corporalis sola videtur esse, sicut Aquila in Columbis, & Leo in feris dominantur. Sapientia quoq; est Dominij fundamentum, sed magis inter homines; namquè, & ipse homo dominatur in Elephantes, & Equos, & Boues fortiores se: & omnis artifex in actu exercito suæ artis, dominatur etiam Regibus, vt Nauta in nauigatione, Medicus in sanatione &c. Amor est tertium fundamentum Dominij, Pater enim in filiis dominatur, eo quòd ipsos amat, sicut seipsum, nec eos potest decipere, aut iniuria afficere. Profectò inter eos, qui mutuò conglutinantur amore, dominium parùm, sed fraternitas, & maioritas fraterna inuenitur. Hoc autem fœlix dominium, est etiam inter Bruta in patre ac filios.

XII. In primo ordine naturaliter dominatur, qui est optimus, sapientissimus, & fortissimus, sicut Dauid. In secundo sapientissimus, ac fortissimus, sicut Iulius Cæsar. In tertio sapientissimus. sicut Vlisses. In quarto fortissimus, sicut Aiax, & Tamerlanes, sed hic participat plus violentiæ; minus tertius; minimũ secundus; nihil primus. Ergò Tyrannis est dominatio omninò carens fundamento naturali, aut parum habens. Principatus verò Regius, est dominatio cũ fundamento naturali, & melior quidem si pluribus innititur fundamentis iàm dictis.

XIII. Naturaliter igitur mas imperat fœminæ; senex Iuuenibus; Pater filiis; fortis imbecillibus; pius impijs. Aſt vbi Fœmina, aut Iuuenis, aut filius, aut imbecillis, sunt sapientiores masculis, aut senibus, aut Patribus, aut fortibus, strenuisq; &c. possunt imperare naturaliori Iure. Idcircò omnes tituli dominiorum, vt Electio, Successio, Donatio, Emptio, Ius bellicum, sunt naturales in persona sapientum, contra natura in persona ignorantum, nisi aliundè suppleantur. In mediocribus verò mediocriter. Sed impius quãquã sapientior, hoc est, doctior pijs, non potest in eos Iure imperium sibi accipere. Nam absque bonitate non fundatur titulus dominij, cum impietas sit distantia, & separatio à Deo datore horum fundamentorum dominicorum: super quibus eriguntur tituli manifesti. At quidem potest tamtummodo per violentiam impius dominium sortiori, Deo permittente, vt sit eius carnifex; quod tamèn ipse ignorat, sicut Canis Concilium voluntatis heri. & tunc incipit dominium de Iure positiuo forsàn, vel solum de facto. Loquor de impietate malignitatis, non ignorãtiæ solius.

IX Qua propter, alij sunt Principes natura, atque fortuna, sicut Dauid, Cæsar, Alexander; Alij natura, sed non fortuna, sicut Socrates, Cato, Pythagoras,

& quisque

Distinctio Pnpûm ex phia morali.

& quisq; verè sapiens: Alij fortuna, non autem natura. vt Domitianus; Cambyses, Roboam. Alii partim natura, partim fortuna, vt Scipio, Camillus, Annibal (Naturam voco ius, super potentia, sapientia, & amore bono iunctis) Fortunam verò euentum rerum, sicut in Decret. tit. de damno dato. & D. Tho. in p. 2. vocat bona fortunæ, & D. Bernard. deplorat suam fortunam in morte fratris Gerardi, serm. 82. super Cant. & Patres sic nominant Fatum, Casum, & Fortunam, & Sortem. & Ecclesia canit, Nocteque sors reduxerit. Hic autem fortuna, est vnus titulorum dominii, inter quos emptio est minus naturalis, ergò magis fortuitus; & bellum iniustum minimè naturalis titulus est, & maximè fortuitus &c.

Parenthesis Apologetica contra Imperitos,

XV. Cum difficillimum sit inuenire Fortem, Sapientem, & Pium, videtur sufficere sapientia, & fortitudo animi absq; vi corporali, si expers sit impietatis. Nam experimur vnumquemq; hominem esse Regem in arte sua. & in eo quod maximè scit. Nauta in naui est dominus omnium nauigantium, & imperat omnibus, præsertim tempore necessitatis, & ipsi quoque Regi, & Principibus nauigantibus præcipit dicens: Tu mane illic, fac tu ità; oportet cursum torquere sinistrorsum; fileto &c. & tunc quilibet ponit vitam, & fœlicitatem suam in eo, quod obedit sapienti nautæ. Medicus imperat ægrotis Principibus, & Regi, & aliis; hiq; obediunt ei sicut sapienti. Pedagogus imperat pueris filiis Regis. & Tutor pupillis, quamuis se nobilioribus; quoniam præstat sapientia. Qua proter palàm est conuenire dominium cuilibet viro naturaliter in his, quæ scit; & sapientiam esse maximum fundamentum. Nam & ipsa sapientia, carens viribus, vtitur viribus alienis, pietatis autem illa expers esse non potest: si enim scit Deum esse, rectè nouit, Deo antè omnia, & præ omnibus deberi obedientiam, & regiminis finem esse Deum, vt etiam Plato in lib. de legib. ostendit, finem Polyticæ esse cultum Iouis rerum opificis, ac gubernatoris; vbi aût finis est cómodum principis, aut senatus principaliter, ibi Tyrannis est, & fragilis politia.

Potentia, Sapientia, & Amor sût principia nostræ metaphys: & de fundamentis principatuum ex his, atq; de eorundem viribus

XVI. Tunc verùs secundum naturam Rex quispiam est, quando obedire illi fœlicitas est obedientium. Tunc autem Tyrannus ignarus, quando infœlicitas. Idcircò in Principatibus hominum, cum primò regnassent potentes, & potentia versa esset in Tyrannidem violentâ, recurrerunt homines ad sapientiam, vt non potentissimus, sed sapientissimus dominaretur, cui dederunt milites pro fortitudine. Deindè cum sapientia facta esset sophistica, nocens dolo, & non aperta vi, vti potentia, recurrerunt ad Amorem, vt Princeps esset, qui erat optimus Reip. amantissimus, & ei prouiderunt de fortitudine aliorum, hoc est militum, & satellitum, & de sapientia determinata per Rempub. quæ est lex. Et quoniam neque omnibus horis Princeps, quamvis sapiens, sapit, sed nunc nimis hilares, nunc nimis mœsti, nunc acedioſi, nunc iracundi; nec proindè pussunt bono Reip. intendere semper ex animo, neque discernere bonum semper verum ab apparenti, & ius: Idcirco Deus legem dedit hominibus, & Regibus, quæ est sapientia publica, secundum quam vnà omnes, & cum principe suo regi debeant.

XVII. Lex æterna est sapientia, qua Deus regit omnes suas creaturas ad determinatos fines. Eius autem participatio est lex naturalis omnis scripta hominum cordibus, & rebus cunctis indita, siue scripta sit extra, siue non sit. Quam cum obscurassent homines, declarauit Deus per Moysen, ac deindè perfecit, ac melioravit, & eleuauit sapientia Dei incarnata per Euangelium. Ergo nulla lex obligat Remp. nisi quatenus est explicatiua legis æternæ, mediante diuina, naturali, aut scripta, aut in quantum est applicatiua illarum legum vniuersaliuna ad particulares personas, & locum, & tempus; & quando repugnat legi diuinæ, scriptæ, aut naturali, non est lex, sed torta regula Tyranni, aut ignorantis, & iuxtà hunc sensum conciliabis Gersonem, & Sotum absque errore.

XVIII.

XVIII Quòniam verum, & connaturale dominium fundatur super viribus, præsertim animi, & super sapientia, & super amore publici boni: Tyrannis verò super robore, super astutia, & de horum amore proprio, & aliorum, non propter Deum, sed propter vtile proprium, & gloriam, non Dei, & subditorum, sed propriam. Idcircò inuentum est, vt defectum virium supplerent manus communitatis, & defectum sapientiæ lex, & quod benè collocetur dominium in illo, qui perfectè amat Deum, & populos tamquam filios Dei; & qui imperat in beneficium aliorum, & ponit vitam pro illis, ipse autem honorem modò, atque gloriam, à Deo præstolatur, cui gregem pascit, & cuius vicarius est: A populis verò, non quærit bona, neq; gloriam tamquàm finem proprium, sed tamquàm medium quo seipsum conseruet non contemptibilem, & possit obedientiam exigere in beneficium ipsorum, quod vbique ex amore Dei fiet. *Distinctio Principis, & Tyranni*

XVIIII Qui verò Deum amat, sapientissimus est, quamuis omnes ignoret scientias. Ac si robur animi habet, aptissimus est regimini, quoniam obseruator erit legis. Quæ quidem sapientia est, secundum quam ipse regitur; & alios regi faciet: Ergò & sapiens erit in horis omnibus æqualiter. Nam neque passione peruertetur, cum sit amator Dei legis latoris; nec ab infirmitate corrumpetur, cum lex sit semper sana, eo, quo fuit scripta modo. Prætereà; certi sumus, Deum proprijs amicis assistere, quo minus errent, & hoc credunt populi omnes.

XX Trifariam acquiritur dominium verum, aut violentum. Primò captiuando animos per virtutes. vt solent sapientes. Secundò corpora, sicuti qui occupat aliena Regna. Tertiò bona exteriora, sicut Pyratæ, & Prædones, & Latrones. Hi postremi dominatum arripiunt, sed non retinent ad horam: sicut Caecus, Sciarra, & Spendius. Secundi citò dominium ingentes, & citò dominatum âmittunt, eo quod sapientiam ferendi leges victus, ac bonum regimen non habent, sicut Tamerlanus, & Pyrrus. Primi autem plerumq; vitam ammittunt propriam, sed temporis lapsu ipsi mortui imperant viuis, sicut hodie Romæ Petrus, & Paulus interfecti. Qui autem armis, & sapientia simul vruntur, citò vincunt, & dominantur, & diuturnum fundant dominationem, sicut Moyses sapiens, & per apparentiam sapientiæ Mahemettus astutus, & Romulus, & Cinghus. At qui virtute sola incedit, & amore publici boni affluit, omnibus anteit, probis atque etiam prauis. *De acquirendo de Principatuũ uia, & ordine multiplici.*

XXI Imò mors est sigillum veri dominij; quoniam Principes spurij, & per fortunam, quærunt semper extinguere Principes veraces, sicut Iugurtha, & Abimelech fratres suos; vt docet faciendum impius Machiauellus. Itaque cum sapientes sint domini aliorum naturaliter, persecutiones patiuntur à Principibus per forignam principantibus, & calumnias, & mortem; At post mortem dominantur insuctis spurijs. Illi tamen, qui sapientes fuerunt, & amantes publicæ felicitatis, quoniam literæ patentes iuris ipsorum in dominatum, & Regnum illustrius eluescunt ex tabulis fundamentis. *Monarchia est magis sũ nãm quam alius dominandi modus, qui eius defectu inuenti sunt.*

XXII Naturalius est hominibus regi ab vno, quàm à multis; quia in vno vniuntur magis: & facilius inuenitur vnus bonus, quàm multi boni: & facil ùs deliberat vnus, & celerius, occurrit; necessitatibus, & casibus improuisis facilius vnus, quàm multi. Id circò Respublicæ confugiunt ad Dictatorem, & Ducem &c. Defectu vnius boni inuenta est Resp. multorum; defectu bonitatis multorum; Resp. omnium. Ex qua degenerante, recurritur ad monarchiam. Et ad facilitatem, & temperamentum, recursum est ad mistionem duorum, vel trium modorum eiusmodi Reginminum, vt in Sparta. *Vtrum electio Principis melior sit quam successio. Cur introducta successio.*

XXIII Magis secundum naturam est Princeps vnus per electionem, quam per successionem adscitus, vt nimirum possit eligi optimus, & sapientissimus, & sensato prudens, non autem puer ductore indigens &c. Sed ex quadam passione Tyrannorum, introducta est successio in quibusdam nationibus; in quibusdã verò in remedium malorum, & seditionum, quæ solent contingere Interregno;

 & quia

& quia non omnes subitò conuenitur ad electionem optimi.

XXIIII Melius est eligere post mortem Principis, nè ipse viuens cogat, saltem authoritate, eligi minus bonum, quem ipse amat.

XXV. Melius est accipere Principem vbicumq; inuenitur optimus, quam ex propria natione tantum, quando caret optimo; sicut Roma Pompilium.

XXVI Melius est eligere optimum Principem ex numero Senatorum expertorum in regiminibus inferioribus, & prudentia prouectorum, quam eligere quemlibet non expertum Iuuenem, licet sapientia præstantem,

XXVII Melius est Cælibem esse, quàm in matrimonio, nè ab vxore, & filijs distrahatur ab optimo proposito, vel ipsorum vitijs fœdetur; vel pigrescat in feruore, & amore communis boni, vt Iustinus, & Samuel, & Salamon &c.

XXVIII. Optimus est si non populorum, sed Dei auctoritate fiat. Quippè cui libentiùs populi tamquam diuino dominatori obediunt. Atq; ipse cohibetur pudore à ferendis legibus impijs, & iniustis contrà propriam professionē; & studet, non labi in impietatem hæreticam; quoniam tunc solum nosci tur nō esse à Deo, idcòq; depositione dignus. Qua propter huic Principi conuenit Sacerdotium, sicut sigillum fortitudinis animi diuini, & sapientiæ, & amoris diuini ergà Deum, & paternalis ergà populos, quos tamquam filios solum agnoscit. Vbi plures dictarum conditionum adsunt, magis bonus est Princeps; vbi pauciores minus.

Cur utilius Reip. est Principem Sacerdotem utroq; gladio muniri.

XXIX Conuenit eidem Principi, vt populo sit optimus, habere potestatem Spiritualem, & temporalem. Secus enim, aut euaderet adulator Principum temporalium, quorum defensione indiget, & præuaricator legum; nec posset transgressores beluinos castigare; nec Principes in officio continere; aut fieret præda hæreticorum, & Pseudo prophetarum, & fallacium doctorum, insurgentium contrà illiteratos Laycos, & Sacerdotes inermes; sed vtraq; pollens potestate, omnes absque perturbatione regulare poterit, & à vero sensu nō alienari.

Religio est anima Reipublicæ: lex Spūs vitalis: Pnps caput: Duces, & Magistratus membra principalia.

XXX. Anima Reip. est Religio: quoniā ipsa reperitur in omni parte tota. & in toto Reip. corpore tota. Quandoquidē ōnes tenemur eosdē fidei actos credere; & ipsa vnit ōnes inter se, & cū Deo vinculis mirabilibus; & facit vnitatē fortissimā; & amabilissimā. Spiritus autem, & ianua huius animæ instrumentum est lex particularis Principū, qui spiritus inambulant per neruos corporis Reip., adigendo quemlibet ad exequutionem officij sui, & eis iubet anima ad nutum; cui obediendo non errant; non obediendo autem falluntur, & disponunt compositionem ad mortem.

Supræmus Princeps est caput, in quo residet anima primùm; & à quo spiritus, venæ, nerui, & arteriæ ducunt originem, vt nos, & Telesius, & Pelopes antiquissimus, & Homerus declarauimus; quamuis Arist. dicat à Corde, & Galenus à corde, Iecore, & cpate. At Apost. 4. Ephes: capiti dat principatū supræmum, sicuti nos; & ex eo deriuāt omnes partes, & vasa, & spiritus. Ex quo (ait enim) videlicet capite, totum corpus compactum, & connexum, per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem, in mensurā vnius cuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate, &c. Similitèr D. Thom 3. p. vbi quærit, vtrū Xpūs sit caput corporis Ecclesiæ, motū, & sensum, & vasa à capite deriuat. Caput ergo est supremus potestas.

Principes verò, & duces, sunt Brachia, & manus; Milites, vngues, & pedes; Princeps Laycus, cor; Plebs sunt intestina, & venter, & caro, qui muniunt totum corpus, & complent; Ossa sunt basis Reip., hoc est regio, in qua substinetur; Sapientes sunt sensus; Serui sunt lien, renes, fel, vexica, vrinaria, atque alia vasa sedimentorum. Hęc fundamenta in Physicis, & Polyticis, demonstrati. Nunc autem ipsa præsuppono, vt per se nota, vèl sapientibus.

Regnum

Regnum atquè Sacerdotium optimè in eodem subiecto conuenire, secundum Deum, & secundum Principem, & secundum Populos.

Caput Secundum.

IN lege naturali Paternitas, Principatus, & Sacerdotiũ, simul erant in eodem subiecto. Adam fuit Pf, & Princeps, & Sacerdos totius humani Generis; & similiter omnes primogeniti in Sac. Biblijs registrati. sic etiam Noè, & successores primogeniti, sicut Sem, Arphasat &c. sic, & Abraham, & Isac, & successores &c. Imò Patrias ipsa erat fundamentum naturalis dominij, vt patet ex cap. præcedenti. At ministerium, & mediatio inter Deum, & homines, erat ipsum Sacerdotium. Item Iacob accipiens primogenituram, in qua erat ius Sacerdotale, accepit simũl imperium; dicente Isaac: Et Incuruentur antè te filij matris tuæ, esto dominus fratrũ tuorum: & ad Esau: Dominum tuum illum constitui, & omnes seruituti illius subiugaui.

Quod Regnum, Patrias, & Sacerdotiũ, ab initio fuit in uno subiecto sub Patriarchis orbis Terrarum.

II. Sæpè Primogeniti Sacerdotio priuati sunt, propter impietatem, & nequitiam ipsorum; Non tamen Regno, atq; Paternitate, tàm sæpè. Sicut Caim Sacerdotium, quod sibi competebat, ammisit; primò ob conscientiam scelestã; secũdo verò ob fratricidiũ. Ismael, quia persequitur Isaac, primò Sacerdotium ammisit. Esaù etiam dum persequitur Iacob, & primogenituram vendit, in qua erat Ius Sacerdotale, tamquàm Simoniacus ammisit illud. Ruben etiàm priuatur Regno, atq; Sacerdotio; quoniam incestuosa turpitudine, cubile Patris sui fœdauit, non tamen Patriarchatu. Vndè Regnum per repromissionem datũ est Iudæ: Sacerdotium verò Leui in posteris suis. Heli postmodùm, vita, ac Sacerdotio priuatur, propter filiorum impiam immodestiam; quod etiàm prædixit vir Dei transferendum à Ieuitis, & præcipuè à descendentibus ipsius Heli. Itaq; datur Samueli Effrateo potestas iudicandi; qua ob idem filij Samuelis priuantur. Salomon quoq; priuat Abhiatar Sacerdotio, vt compleretur prophetia viri Dei de translatione; atquè vt daretur Sadoch, qui erat de stirpe Eleazar primogeniti Aaron: cui datum erat à Deo, & confirmatum in Phinees filio Eleazari, ob zelum Dei, & tolleretur ipsi Abhiatar, qui erat de linea Ithamar fratris Eleazar, sed secundo geniti, & expertis eiusmodi promissionis Diuinæ.

Quod aliquãdo priuati sunt Sacerdotio, vel Regno Patriarchæ.

III. Regnum, ac Sacerdotium optimè conueniunt in vno, eodemquè subiecto.

Regni cum Sacerdotio conuentio optima præfiatur.

Nàm Populi libentissimè obediunt, ei quem credunt esse illorum intercessorẽ apud Deum, & dependère à Deo; cui soli hominis sublimitas inclinatur libens.

Primum Regnum à populorũ obedientia.

Item eius leges sunt magis venerandæ, atquè obseruandæ, non modò palàm, sicut leges laycorum, ob timorem humanum: sed etiàm clàm, scientibus, quod Deus cuncta introspicit.

2. à legum veneratione.

Item non potest prædicari noua lex, neq; hæresis introduci, nisi difficillime, quando lex Sacerdotalis à Deo est authorizata, & armis defensa, & populi crediderunt iam completè, non extare veritatem vllam, quæ ab ea non dependeat.

3. A firmitudine, & securitate contra hæreses.

Item neq; rebellio oritur absque legis nouitate. Nunquam enim arma sufficiunt expugnare Sacerdotium atq; Religionem armatam; nisi per aliam Religionem, aut meliorem, aut magis armatam.

4. A firmitate, & securitate contra Rebelliones.

3. confirmatur ab historia

Qua propter sub Religioſi Saturni temporibus (ait Plato in Ciuili) viuebat ſæculum fœlix, autem, quoniam ſatisfiebat Religio ſtudiosis populis, & illo. Poſtea verò ſucceſſerunt Principes Regni, non ſapientes religioſe, & corruperunt ſæculum priſcæ relationi. Etc. mitigi Sacerdos non eſt, non tantoperè reſpectat Deum; nec cauet, ne populi ſcandalizentur, quantoperè Sacerdos; qui inſuper timet offendere ſe indignam honore tanto officio; ac magis ſe in officio retinet. At quando ipſe errat, cauſa eſt omnium malorum. Etuſq; exemplū prauum, facilè potens eſt, populum efficere impium, atq; diabolicum. Idcircò meliùs eſt, vt Senior expertus ſuccedat Sacerdotio, ac Regno, ſed per electionem, maturæ videlicet ætatis, ſcientiæ & pietatis probatæ in multis.

6. à cōſcientia regnantis

Quoniam omnes Principes ab initio ſimul Sacerdotes fuere in cūctis gentibus.

IIII. Omnes ferè Principes in principio fuerunt Reges, & Sacerdotes ſimul. In Lege naturali, Melchiſedech fuit Rex Salem, & Sacerdos Dei altiſſimi. Petro fuit Princeps Madianitarum, & Sacerdos. Rex & Sacerdos fuit Romulus, Numa, & Omnes Romani Reges. Quibus in naturale, & rationale videbatur, non poſſe Sacerdotem Summum eſſe, niſi idem ſit Rex. Quod etiam expulſis Regibus ob Tyrannidem Tarquinium, creabant Regem Sacrificulum, qui Deo offerret Sacrificia, non tamen imperaret. Sed tamen ad nutum eius creabatur Magiſtratus. Si enim Sacerdos dicebat, eos, vitio creatos, & contra auſpicia, Religionis, ſtatim deponebantur. Sicut Olim in Aethyopia, teſte Strabone, Sacerdos imperabat Regibus, ità vt ſi iuſſiſſet illi mortem, nēdum depoſitorem ſceptri, ſtatim ſibi mortem ſponte ipſemet manu propria inferebat.

Item poſtea Cæſar, & omnes Imperatores Romani, fuerunt ſimul Summi Sacerdotes vſq; ad Conſtantinum; qui vtramq; ceſſit Sancto Syluestro, & ab eo relictus eſt, vt defensor vtriuſq; & vt brachium Reip. non vt caput.

8. Rationabiliter in populo Dei, & gentili, Regnum cū Sacerdotio iunctū fuiſſe.

Et profectò maieſtas Imperij non ſacrata, minus eſt veneranda, & magis præda hæreſiarcharum, & ſui deiectrix. Ité Plato admonet in Epiſtola Syracuſanos, vt ſi vellent melius viuere ad freandam tyrannidem, cogerent Principem ſuū fieri Sacerdotem, ac Regem ſimul. Sic enim erit ſaltem minus perturſus, & auctoritatis venerabilioris. Item Arist. Regi dat Sacerdotij Principatum, & rei militaris. Item Virgilius in 3. Aeneid. introducit duos Reges, alterum Regem, & Sacerdotem, ac proindè probum, & ſapientem inquiens:

Rex Anius Rex idem hominum plebiſq; Sacerdos. Et alterum Regē impium non Sacerdotem in eadem comparatione. Is eſt Polymneſtor violator fidei, & hoſpitij per auaritiam. &c

confirmatio ab alijs historijs nationum.

Item Reges Hetruſci à Noe inſtituti, & Troiani, Bactriani, Macedones, Chaldei; & omnium ferè nationum, Reges fuerunt ſimul, & Sacerdotes, gladio Spirituali, ac materiali armati. Vnde Triſmegiſtus, Rex Aegyptiorum vocatur ter maximus; quia erat Rex, Sacerdos, & Philoſophus excellentiſſimè. Item & Dair Monarcha Iaponenſium, 56. Regnorum erat Rex, & Sacerdos eorumdem, antèquam à rebellibus opprimeretur: Nunc autēm, gaudet titulo ſaltem vtroq; Idē obſeruatur apud Gentiles noui Orbis multos. Item Moyſes fuit Rex, Sacerdos, Philoſophus, & Propheta. Si enim non eſſet Sacerdos, non obtuliſſet Sacrificia, & incenſū Deo. Item ordinauit Aaron, & filios in Sacerdotes: Nemò autēm dat, quod non habet, ait Papa Damaſus, probans quod nō poteſt ordinare in Sacris, Sacris carens ordinibus. Hoc idem teſtatur Philo, & Ioſeph. & omnes Rabbyni: & Dauid Pſalm: 98. ait: Moyſes, & Aaron in Sacerdotibꝰ eius; & ità intelligit hunc Pſalm. Papa Anac. à Gratiano in Decret. allegat. & Cōcil. Hiſp. 2. & Bern. in ſuis Sūtijs. & Chryſ: in v. Tomo hom. . . . Ergò Coarruuias contradicens, affirmat craſſam hæreſim: Nam, ſiquando Patres dicunt Moyſem non fuiſſe Sacerdotē, intelligunt, in ordinaria exequutione officij, non in dignitate: Nam Aaron exequebatur officium: Sicut Clemens Papatum, dum Petrus regebat Monarchiam Eccleſiaſticam Romæ.

Item Samuel fuit Princeps, & Sacerdos, vtroq; gladio armatus; ſicut, Heli eiuſdem predeceſſor. Item, Mathathias, & Iudas Machabeus, & omnes ſucceſſores,

res, fuere Principes, & Sacerdotes in vtoq; Gladio, vsque ad Regni Hierosolymitani excidium sub Pompejo. Credibile etiàm videtur mihi, quòd etiàm Iosuè, & Iudices, qui obtulerunt sacrificia Deo propria manu, fuerint aliquo modo Sacerdotes in populo Hæbreo: nam scriptum est, quod Moyses applicãdo Iosuè ad tabernaculum Dei, imposuit illi manus, sicut fit in Sacerdotis ordinatione. Nec quidem Deus accepisset Sacrificium per manus laycorum: qui nimirùm iratus est valdè contra Reges Saul, & Oziam, qui hoc munere fungi ausi sunt.

Licet autem dicatur in Paralip. quod filij Dauid erant Sacerdotes, intelligitur à Consiliis Sacerdotum, non ab officio, vt rectè sapientes exponunt, præcipuè Tostatus; Prętereà adeò naturale hoc est, vt Imperatores, ac Reges Christiani, consueuerint semper consecrari in Diaconatus, & Subdiaconatus ordinem; volentes obtinere reuerentiam, & securitatem à populis, tamquam diuini. *Occurit Obiectio.*

V. Deo magis placere Regnum Sacerdotale, quam Laycum, sicut naturalis ratio docuit, ità nunc auctoritas diuina comprobat. Nam quando filij Israel petierunt Regem à Samuele 1. Reg. 8. tamen quamuis filij Samuelis, qui regnabant vtroq; gladio, essent iniusti, dixit Deus: non te abiecerunt, sedme, ne regnem super eos. Et quasi inuitus condescendit, vt daret illi Regem Laycum; & signis de Cælo, & verbis minacibus protestatus est hoc, in 1. Reg. 12. sed ipsorum duritiei condescendit; sicut cum dedit Sacrificià animaliùm, teste S. Clem. Quin & Ieremia, & Ezecchiéle: dans eis pręcepta non bona. Itém postea dicit Oseæ 13. Dedi eis Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Itèm omnia ferè mala Israeli postea acciderunt ex controuersijs, quę erãt inter Prophetas, & Sacerdotes ex vna parte, & Reges, & Principes Laycos ex altera. Et sicut in Xpianismo, perditio Regnorum, & potentia infidelium; creuit ex discordia inter Guelphos, & Ghibellinos; & inter Papales, & Pseudo Imperiales; Inter Ecclesiasticos, & Regios; & nõ dum finis donet &c. Deindè verò cum placeret Deo Dauidis gubernatio, promisit ei in sui seminis successione, vnire Sacerdotium cum Regno iterum in persona Messiæ, vt patet ex Psalm. 109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tues Sacerdos in æternum secundum odinem melchisedech, qui melchisedech erat Rex, & Sacerdos; & non secundum Aaron, qui erat Sacerdos, & non Rex. *Argumentum 9. ex Dei uoluntate.*

Et hoc præterea conuenit optimo ordini diuino. Nam veluti Princeps non Sacerdos est præda omnis hęresiarchæ; qui Sectarios sibi adsciscit, accusando Principem Tyrannidis apud vulgus; & quod lex Dei ab illo malè intelligatur, aut contemnatur. vel est Antagonista, & mutua ruina Sacerdotum bonorum, quos persequitur; & exaltat eos, qui ad placitum ipsius legem interpretantur. Itèm est parum venerabilis apud populos, & sæpé crudelis, effrenis, licentiosus, Ità é contrà summus Sacerdos inermis absque Dominio temporali, est cõtemptibilis, & fit præda Principum; & operatur, & loquitur ad ipsorum placitum. Sicut multi Sacerdotes Regis Turcharum, & Prophętę Iezabelis, & Sacerdotes Delphici, quorum in opprobrium dicebatur, Pythia philippizat; quia nimirum, metu, aut pecunia corrupti, à Pythia oracula dari faciebant, qualia Philippus Rex Macedonum Greciæ occupator, optabat. *10. Ex rõne ordinis, & tranquillitatis, & tutamenti potentium utrunque.*

Præterea insuper Iacob accipiens primogenituram, in qua erat Ius Sacerdotij, accepit simul, & imperium; dicente Isaac: Incuruentur ante te filij matris tuę. Esto dominus &c. Idem legitur de cęteris: vt videas Sacerdotium, & imperium simul, secundum Deum, & homines, rectè manere in eodem Supposito.

✠

Fœ-

Fœlicitatem Sæculi aurei exiſtere, ſi totius mundi vnus ſit modò Princepes Sacerdotalis, abſquè Superiori: & vnica Religio vera ergà vnum Deum: Sicut fuit ab initio; & ſub Meſsia eſſe debet, contrà opinantes.

Caput Tertium.

Secundùm nām, erat unitas principatus Sacerdotalis

I. POTERAT quidem Deus in vnaquaq; Prouincia vnum creare hominem, eumq; Regem in temporalibus, ac Spiritualibus. At quoniam Deus vnus eſt, amatq; vnitatem, creauit vnum modo hominem Regem, Sacerdotem, & Patrem totius mundi, quatenus ciuſdē Sanguinis, atq; Spiritus homines mundi exiſtentes, omnes cōuenirent ſub vnico Principatu Diuino in charitate. Cuius vnica Religio eſſet anima. ergò nō Deus, ſed Diabolus primò, introduxit in mundum multitudinem Principatuum non dependentium ab vno, ſeminando inter nos ambitionem, & ignorantiam, & conſequentēr ſcyſmata, & hæreſes, & peccata, contrà diuinam vnitatem. Idcircò Salomon prouerb. 28. ait. Propter peccatū Terræ, multi Principes eius.

Diabolum diuiſionem procuraſſe, ſcyſmata, & hæreſes.

Fœlicitas ſub uno mundi Principe multiplex.

II. Si mūdus regeretur ab vno tantū Principe Sacerdote, viueretur fœlix ſæculū: Omnia namq; mūdi mala, ſuboriuntur, aut ex bello, aut ex peſtilentia, aut ex fame; aut ex oppinione cōtraria natiuæ Religioni. Hæc autem opinio, vndè oriretur hæreſes, & Scyſmata, radices agere non poteſt vnquā, niſi foueatur à Principibus contrariis, aut a multitudine populari, perſuasa ab aliquo nouo prædicāte. At hoc cōtingere nō poteſt, vbi Princeps eſt ſūmus Pōtifex. Inueterata enim authoritate habet, vt nulli credatur circa myſteria Religionis, niſi ſibi, præſertī vbi eſt armatus, atq; authorizatus ab ātiquo in Religione veraci. Nàm metus humanus, & diuinus, efficiunt apparere falſa in populorum mentibus, ea argumenta, quæ fiunt contra Religionē armatā, & veracē. Nec poteſt fidem inuenire prædicator vllus, qui à Sūmo Pōtifice nō ſit auctorizatus, niſi vbi regnat alter Princeps, qui vires prædicanti præbet, Sicuti Dux Saxonum Luthero; quod non euenīſſet in Italia ſub dominio Papæ. Neq; Mahometes regnaſſet in Arabia, ſi fuiſſent Arabes ſubditi Papæ; aut potuiſſet Papa cogere Principes cōtrà illum, ſimul omnes &c. ſicut extinxit fratrē Dulcinū apud Nouariam &c.

Primum Argumētum, ex hoc quod unitas Principatus Sacerdotalis excludit hæreſes & ſcyſmata,

Itēm Bellū verò fit, quia aliquis Princeps p ābitionē, aut auaritiam, aut neceſſitatē cibariorū, aut aliā huiusmodi; quærit occupare regnū alterius Principis. Sæpe propter inimicitias inter eos; aut quia alter quærit Regionē capacē Subditis ſuis multiplicatis, vt Apes. At quādò vnus modo regnaret in orbe, ceſſarēt inimicitia, & ābitio, & auaritia. Et Colonіarū tranſmigrationes fierent ordinatim è regionibus vbi abundant, in Regiones vbi deficiunt abſq; bello. Neq; Galli inuaſiſſent Italiā armis; neq; Hebrei Paleſtinam; neq; Tartari Indiam. Sic ceſſauerunt ſub Auguſto, monarcha omnium nationum tunc cognitarum. ità quod totus mūdus in pace vixit ānis 18. ſalrèm; quod alias viſū eſt nūquam: & hæc quia nutu Dei naſcētis tūc Meſſiæ Regnū parabat, teſte S. Auguſtino, & D. Thom. de Regimin. Pnpūm. Inſuper tūc sūmus Princeps, & Rectores Prouinciarum ſubordinatarum, & cæteri Magiſtratus incumberent acquirendæ gloriæ;

2. ex ceſſatione bellorum,

& non

& non à bello, quod inter homines est contrà naturam; sed à Philosophia; & operibus heroicis, in beneficium populorum, & inuentionibus artium, & vtilitatum humanarum; in disputando de bono, & malo, de operibus Dei, & de ipsius cognitione, & magnalibus; exercerent autem se venationi, aucupio, piscatione, hortis, ædificijs. &c.

Item fames cessaret; quoniàm non potest in omnibus, Climatibus simul esse Sterilitas, sed deficientibus alijs, aliæ abundant Regiones. Itaquè si omnes sub eiusdem Principis cura essent, ordinaret transferri victum ex his, quæ abundant, ad illas, quæ carent; sicut ab Ægypto olim in Italiam; & è Sicilia in Aphricam &c. Nec contingeret mortalitas, neq; bellum, victus quærendi gratia; neque auaritia inter emptores, & venditores exteros. *3. Ex cessatione famis*

Itèm Pestis cessaret; hæc enim fit ex aere, vel aquis infectis. Non autem possunt in omni regione infici, quoniam paludes, & cadauera, & pluuia post longum æstum, non vbiq; fiunt simul. Quapropter huic malo consuleret summus Princeps per transmigrationem populorum in Regiones Salubriores, distribuendo eos inter illas. &c. Sicut Abbyssini, Aethyopes faciunt, & Tartari, & Arabes, qui Ciuitates portatiles habent, vt hirundines; *4. Ex pestis cessatione.*

Itèm afflueret sapientia hominum ex abundantia pacis, ac ꝓuiderēt in cūctis antè tempus per Astrologiā, Medicinā, Physicā, Polyticam, aliasq; Scientias; Sicut narrat Ioseph, quòd antiquissimi homines viuebant vitam longissimam propter eiusmodi Scientias recens à Deo habitas, non adhuc in Sophistycam degenerantes. *5. Ex abundantia Scientiarum*

Itèm si totus mundus regeretur ab vno, multiplicaretur scientia, ob tutas nauigationes, & itinera, & mercaturas, & communicationes rerum, quę sciuntur, in singulis nationibus, cum his, quæ sciuntur in alijs; & melius obseruantur: presertim Astronomia, Astrologia, Physica, & Polytica, quæ multis obseruationibus indigent, multisq; obseruatoribus; & quod alius ignorat, alius scit. Sed diabolus inuidens nobis tantum bonum, vellet, vt omnes maneremus intrà terminos quilibet regionis suæ, sicut vermes intrà caseum, vt nos reddat ignorantes, & decipiat. Itèm cupit vt non communicaremus inuicem, quæ obseruamus, & scimus; nec peregrinaremur ad inuestiganda opera Dei in regiones exteras; nec nos inuicem cognosceremus, nequè videremus: sed vt Lingua, & Religione diuersificaremur, ità quod āmissa mutua cognitione, matre mutuæ dilectionis inter nos, commercia iniremus de regione in Regionē, tantummodo per bella, & mortes, in cōtinuo metu, absquè charitate in Deum Patrem nostrum, & in nos omnes eiusdem filios. Sed Deus, vt commercia, & communicationes huiusmodi tàm necessariæ fiant, permictit bella, fames, pestes; quibus nos, qui nimirū omisimus studium diuinarum rerum, & mirabilium effectuum eius, ijs flagellis cogeremur ad peregrinādum, & quęrendum scientias, & contemplandum mundum, & partes eius, & opera Dei; quærentes remedia malis nostris, & rogantes Deum, qui opem ferat. Itèm quò omnes nos mutuò castigaremus, quatenùs vexatio det intellectū auditui, sicut dixit Isayas. Itèm quò Religionem, & Polytiam transportaremus, & semina inserentur Australia calida, frigidis Borealibus, & è contra. Vnde generosior fiat humana ꝓles, sicut castaneę īsertę meliores sunt nō insertis. Inuētio noui Hæmisphęrij, mirabiles peperit inter nos scientias, & superaremus priscos Phylosophos, nisi inuidia mutua nos deprimeret. Bella Cæsaris, & Alexandri, & Cyri, introduxerunt Polytiam vbi non erat, & barbariem punierunt. Tot populi Israelitici transmigrationes, exportarunt thesaurum infinitum per orbem multiplicando agnitionem vnius veri Dei, & puntione propia ipsi laborādo, melius recognouerunt Deū, & prędicarunt, & Idolatriā abiecerunt. Et hoc cōsiderauit S. Tobias. Porrò si Deus vtitur tot malis in bonū, quātoperè bonum *6. Ex communicatione scientiarū & bonorum utilium.*

magis

magis esset, si bonum transiret in melius, sub vnitate fidei, & Principatus vniuersalis? Quas obres, Deus vnicum fecit Regem in mundo, & vnicus erit sicut Ezechiel scripsit: Erit Rex imperans omnibus vnus.

R. Ad Arist. qui negat Principatus unitatem esse utiliorē. & possibilem in mundo.

III. Errat Arist. valdè, docens, quòd vnus non possit regere mundum totū; namq; (vtipse arguit) non pertingeret timor eius ad omnes nationes; sicut anima non potest animare corpus longè maius proprio corpore; neq; nauis duorum stadiorum posset Gubernari. Etenim (ipse respondeo) vniuersalis Princeps præficeret vicarios temporibus opportunis in singulis prouinciis, ordinarios, & successores, semper paratos, si forte antè tempus quispiam occūberet; & omnes simul præstarēt obedientiam capiti, qui prouideret Magistratus, & Rectores primarios: Primarij autèm, minores substituerent præfectos. Aristoteles quidem non vidit Imperium Augusti, quod impossibile existimauit tàm magnum. Exēplum quoq; nauis duorum stadiorum, non probat rectè. Maria etenim nostra, Aristoteli non ità profunda sunt, cum ad 80. passus non pertingant Sardorum, & Tyrenum, & Siculum sibi visa omnium profundissima, vt tanta moles substineri vix possit in tantula aqua, quin magna pars sub aquis mergatur; & per consequens regi non potest, nec trahi ad omnem positionem, ob multam aquam impedientem, & paucas vires hominum. Quibus insuper mare naturale non est, sed Regna mundi, cum sint in Terra nobis naturali, si distribuantur à capite, ordines, & leges, & magistratus in totam terram per cursorum velocitatē, & per nauigationes, & adsistentiam exercituum in quibusdam locis opportunis, & per Synodos Prouinciales, possient bene gubernari, sicut vnus Dux, plures naues per præfectos gubernat. Præterea eius exemplum de anima in corpore, falsissimum est, Nam Respublica benè corpus est, teste Apostolo: At Princeps non est anima, quæ est in toto corpore, & in qualibet parte tota, & in eo non potest esse nisi tamquam caput, aut aliud principale membrum, in loco aliquo digniori ipsius Regni. Sed Religio est anima Reipublicæ, sicut ipse scripsi; quę reperitur tota in toto, & in qlibet parte tota. Tota enim Resp., & singula membra eius, & singuli homines partes eius, credere tenentur eosdē fidei articulos omnes, & idem Euangelium totum. Et hæc anima, vnà cum timore, & amore Dei, & Paradisi, & metu inferni, per totum progreditur, & porrigitur vsq; ad extremos prorsus, & continet omnes in officio, & vnit robur. Aristoteles ergò agnouit tantummodò timorem seruilem, & potentiam Principis; nec credidit aliam esse vitam post mortem, nec agnouit Religionis vires, nisi sicut Afutiam Polyticam, more Macchiauellistico: Nec eius puritatem intellexit; neq; mirabilem virtutem, neq; seculum regeneratum in Deo, & vnitum sub vna fide: Sed respexit ad corruptum, & scismaticum sæculum sui tēporis. Sed in Christo non est Barbarus, neq. Scytha, Iudeus, neq; Gentilis (ait Apost. col. iii. 3.) sed omnia in omnibus Xpūs, qui per totum regit vi Religionis, vnitiua mirabiliter suprà omnem poām. Et quidem si Augustus habuisset Religionem bonam, atque vnitiuam, non autem diuisiuam, & idolatram, facilè potuisset multiplicare, vnire, & conseruare vniuersale imperium.

Z. Pol. 2. de Arist.

Iamq; videmus qualitèr Rex Hispanus dominatur in toto Orbe per gyrum, & in Regionibus distantissimis, quasi per 32. mille miliariorum, si tantus est semicirculus terræ, & per mare subitò succurrit vbique, prout opus est; & per Proreges consulit, & imperat; & per Religionem retinet tot dissita Regna arctissimè colligata in vnum. Et quidem si omnes Terræ Zonas possideret, idem efficere posset, multiplicando Proreges, & decernendo, vt alter alteri mutuò succedat, aut interim Concilium Collaterale. Similiter Pontifex cum sit solus mundi caput, prouidet cuncta omnibus nationibus per Patriarchas, Archiepiscopos, & per Syuodos. Et hoc etiam vbi non dominantur Hispani, vt in Turcharum ditione. Hoc autem quantò facilius, & melius efficeret, si eisdem dominaretur etiam in tempore alibus? Profectò Religionis vis omnium potentissima est.

R. ad Sotum Aristotelizantem.

Quaproter imprudenter Sotus de Iust. & Iur. lib. 4. q. 4. Aristoteli addictus, inqit

inquit, Dominium totius mundi sub vno Principe esse contrà naturam, & impossibile. At mos est Peripateticorum vocare contrà naturam quidquid Aristoteli non placet. Mox verò acceptat Sotus Dominium Papæ, vt possibile, & rationale super totum mundum in spiritualibus vnicum; cui ipse inquam: Quid ergò impedit, quominus sit itidem rationabile, & possibile addito in temporalibus quoq; ita quod omnes Reges illi obediant in vtroq; foro, sicut prophetauit Dauid in Psalm. 71. Adorabunt eum omnes Reges Terre, omnes gentes seruient ei &c. & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper. &c. Quinimò tutiùs, & faciliùs foret; nam Principes essent vniti magis; magisq; securi, quod alius ipsorum non tollat dominium, & fieret illa iustitia, & abundantia pacis; quam promittit Psaltes, & Ieremias, & Isaias, & Amos, & Ezechiel sub hac Principatuum vnitate. Et Alexander magnus agnouit secundum naturam esse magis quod vnus regat mundum humanum: sicuti vnus Sol Cęlestem, vt respondit Dario. Et S. Cyprianus Scribit ad Corn. Papam: Vnus Deus, vnus Sol, vnus Rex in Apibus, vnus armentarius &c. comprobans eandem vnitatem in Pontificatu Christiano. *Ep. 3.*

IIII. Insuper cum totus mundus ab initio esset Ecclesia Dei necessario vnũ modò habebat caput, qui erat Rex, & Pontifex, & præseferebat Deum; sed Diabolus introduxit Idolatriam, & scysmata. Vnde etiam mox Tyrannos multiplicauit, & prophanauit. Hinc fames, pestes, bella, ignorantia, proprius amor, & obliuia, quod simus omnes filij eiusdem Patris Adam. Quandoquidẽ Græci, & Aegyptij affirmãt genitores suos natos fuisse è proprio solo: Similiter accolæ noui orbis, & profectò non modo hęc vna obliuio fraternitatis orta est, sed etiã diuini cultus, & Creatoris ignorantia, nedùm scientiarum; & quod simus omnes serui illius, semper, ac solius adorandi.

V. Incepit hæc diuisio in Caim primum; deinde sub Gygantibus. Post diluuium verò in Cham, & Nembroth. Nam re vera debebant omnes homines antè diluuium obedire ipsi Seth, cum Caim Sacerdotij ius amisisset, post diluuium verò Sem, & successoribus, & sic non orta fuisset Idolatria posteà, neque scyisma antè. Ecce cum Noè dat successionem Pontificatus in Sem, attribuit eidem imperium dicens: Benedictus Deus in Sem: Seruiat illi Cham. In primis verbis Sacerdotium in quo benedicitur Deus denotat; In secundis Imperium. Deindè dicit ad Iaphet: Dilatet Dominus Iaphet: Habitet in tabernaculis Sem, seruiat illi Cham. &c. Vbi nõ præbet Sacerdotium Iapheto, sed augumentum, & multiplicationem, quæ conuenit Regi, non Sacerdoti. In Sacerdotio enim licet tunc non cœlebi, fundandus erat cœlibatus. Item vult quod habitet in Tabernaculis Sem, idest in Ecclesia, secundum illud Psaltis. Introibo in tabernacula tua: in montem Sanctum tuum &c. & alibi: Quam dilecta Tabernacula domine virtutum &c. Quod omnes exponunt: tabernacula tua, idest, Ecclesiæ tuæ. Et montem Syon in quo constituitur Dauid Rex prædicans præceptum Dei, sciũt omnes esse Ecclesiam. Ergò non fit Iaphet à Noe seruus Sem, sed absq; tabernaculis, vt sit in tabernaculo Sem quoniam Ecclesia, & omnes homines pertinentes ad Ecclesiam sunt subditi Imperio Sem; sed Iaphet est in eis sicut defensor vnitus illi, vt Imperator Papæ. Cham autem est amborũ seruus. Iaphet vorò Princeps in temporalibus, seruit tamquam filius non tamquam mancipium Ecclesiæ Sem. Similiter Isaac, faciens, aut declarans per benedictionem Iacob Sacerdotem Summum, & promissionem, & hæreditatem Abrahami tribuens illi; subiungit (Gen. 27) etiam dominium temporale dicens: Et incuruentur ante te filij matris tuæ &c. & mox ad Esaù pro Iacob, Omnes fratres tuos, seruituti illius subiugaui. Ergò de iure, semper Sacerdos fuit Princeps in vtraq; potestate; sed de facto non semper obedientiam exigebant, obscysmata; & rebelliones. Et in hoc sensu Iohannes Pineda non temerè scripsit, Omnes Principes per vim intrusos fuisse, qui non per lineam successionis Sacerdotalis inceperunt: vndè tot in orbe mala &c. Deindè quandò tractat Deus cum

Gen. 8.

Psal. 42.

Psal. 83.

Psal. 2.

De monarch. Eccles p. 1.

Abraham de reparatione generis humani, promiſit ei efficere Principem vnum vniuerſalem de ſemine ipſius, vt hæres eſſet mundi (declarante Apoſt. Rom. 4 & Heb. 1.) Quem conſtituit heredem vniuerſorum. Et quidem ad Abraham, & Isaac, & Iacob. ſepé repetitum eſt à Deo Oraculum hoc: In ſemine tuo benedicentur omnes Tribus terræ &c. Nec poterat aliter intelligi, niſi quod omnes gentes vnirétur in vna fide Catholica data Abrahę ſub vnum Principem totius mundi de ſemine illius. Propterea declarans hæc Paulus ad Galat. ait; Non dicit in ſeminibus quaſi in multis, ſed in ſemine quaſi in vno &c. deindé ſub ſpecificatione clariori idé promiſſum eſt Dauid filio Abrahę hoc dominium Sacerdotale in Meſſia de proſapia illius. Adorabunt eum omnes Reges Terræ, omnes gentes ſeruient ei &c. Et benedicentur in ipſo omnes Tribus Terrę &c. vt videas benedictiones Abrahę in dominio Spirituali ac in temporali ſimul includi in prædicto Pſalmo. Et Ezechiel ait: Dauid erit Princeps omnibus vnus. Vt in ſequéti melius declarabimus.

✠

Senſum

Iesum Messiam, ac Dominum nostrum, venisse in mundum ad restituendum sæculum beatum; propterea q; dedisse legẽ vniuersalẽ, & præfecisse caput vniuersale in toto mũdo, super omnes leges, & applicationes illarum.

Caput Quartum.

I. RATIONABILISSIMA, atq; credibilissima est fides, benè sentientibus de Deo digna; Esse Deum; omnia cresse; amore, non coactione; atq; amare res creatas, magis quàm Pater filios; & curam gerere omniũ, maximè autem nobiliorum. Ergò præcipuè hominum; ergò comparuisse illis, & docuisse illos multa, ad quæ nostra virtus non se extendit. Ergò errantibus nobis in diuino cultu, & introductis hæresibus, scismatibus, diuisionibus Principatuum, & idolatria, & bellis, & pestibus, & fame, & maledictionibus vsq́uequaq́; eundem Deum factum esse hominem condescendendo humilitati nostrę, dumadeius inaccessibilitatem nos erigere non poteramus: atq; dedisse legem exemplo, & doctrina, & reddidisse nos integré, & diuinè rationales, docendo verum Dei cultum, auferendo maledictiones, & diuisionem fidei sectarum, & Principatuum. Ac dedisse remedia, quibus aliquando restituatur natura suæ pristinæ innocentiæ; & largitum esse ad euitanda mala præsentia, ac futura, & præterita, remedium in Sacramentis, & præceptis, conueniens omnibus nationibus. Itaquòd sequendo eius præcepta, hoc fœlix sœculum reperiretur in omnibus. Sed non cessasse maledictiones vbi non est intellectus, amor, & fides exercendi remedia eius, & suscipiendi gratiam eius, propter repugnantiam nostram. Ergò restituisse ipsum oportet legem vnam communem omnibus, vnumq́; Principatum, sicut institutum fuit in natura incorrupta, & in Sœculo aureo, Princeps, Sacerdos, & Pater vnus omnium in vniuerso.

Vide Antimacchiaucellismum; ubi sũt omnes consequentię istæ demõstratę.

Christũ reformasse unitatem principatus Sacerdotalis in toto orbe, & remedia retinendi dedisse.

In Lege Moysis hæc fœlicitas, & vnitas esse non potuit in toto mundo. Tùm, quia Dauid longè post ipsum expectabat hunc Redemptorem de semine suo. Tùm quia lex moysi non fuit vniuersalis populis omnibus, & omni tempori, & loco conueniens, sed solummodò populis illis Hæbreis, & temporibus illis, & locis. Sj quidem abstinere à carne Porcina; delectus ciborum habere; circũcidere natos, vt distinguantur ab alijs nationibus; permittere vsuras cùm extraneis; & aliæ ceremoniæ, & lauacra, & contaminationes; non congruunt omnibus; neque prosunt illis; nequè omni nationi, & tempori, & loco. Namq́; vbi non est lepra, sicut tunc fuit inter Hæbreos; & vbi caro porcina est vtilis, & sana, & non sicut in Palestina noxia, non debet non manducari. Et tempore infirmitatis, prodessent aliquæ cæremoniæ ipsorum, non autem sanis, sed sunt impedimento. Sed præcipuè distinctio eorum ab alijs per circumcisionem, & vsuram in exteros, multaq́; iudicialia apta illi soli populo; manifestè indicant legem illam fuisse partialem, & non

Lex Moysis seculũ optimũ, & Regnũ Sacerdotale uniuersaliter non potuit restituere.

Obpartialitatem in alimentis, in sacrificijs, & iudicialibus.

vniuersalem complectentem omnes nationes. Itidem dum docet quo pacto vtantur lauaeris innumeris, & obruere excrementa, & alia medicinales leges ad lepram, & pestem tollendam, indicat legem partialem. & pueris conuenientē ægrotantibus sub Pedagogo, et medico. Cæremoniæ aliæ multæ, si non essent signa, & typi futurorum, videntur superfluitates; ergò lex illa fuit partialis, & pedagogia, & tutela pupillorum (vt Apost. l. 4. ad Galat.) philosophicè, & Theologicè loquendo. Et hoc argumentum debet fortiter conuincere Hæbreos. & Mahomettanos, vtentes legibus plenis huiusmodi particularitatum, non conuenientium vniuersis nationibus orbis: ergò &c.

Idem comprobat institutio Sacerdotum per successionem carnalem in illa lege. Vbi enim populus est imperitus, & puerilis, nescis dignoscere optimū; ibi conuenit successio. Vbi autem est sapiens, & proiectus, conuenit electio; cui ad cognoscē dū verū Principē, nō est opus, vt nascatur capite mitriatus, aut coronatus; sicuti Rex apum, & aliarū bestiarū tali signo indigentiū ad agnitionē eius, sed in actionibus virtus reluceat eligendi. Ité lex cōmunis est melior, cū nō possi omnibus prodesse particularis. At nec cōmunis valet nisi sit, qui possit, & sciat ipsam personis, & casibus applicare, & particularibus. Lex autem Moysi non applicata apparet ne dum particularizata; ergò est pedagogia, & particularitas.

Messias igitur prodiens ad ferendam legem vniuersalem, opus fuit vt abbreuiaret in duo capita, quæ sunt; Vnum dilige Patrem Deum supra te ipsum, & proximum tuum fratrem, sicut te ipsum, & præterea vt Spientiam largiretur successoribus condendi leges particulares; & applicationes earum iuxtà conuenientiam singulis nationibus: vtq; possint leges ferre, daret illis de Spiritu suo; vtq; nos possimus obseruare similiter gratiam suam, & Spiritum contra infirmitatem naturæ largiretur. Hoc autem per Sacramenta facit possibilia omnibus nationibus, & conuenientia. Igitur vt possimus omnes conuenire sub vna fide, conueniens fuit auferre circumcisionem, quæ particularizabat gentem illam, & leges particulares, & ponere vnitatem Principatus Sacerdotalis: quo omnes populi conuenirent sub vna lege: & rectores eorum concordarent sub vno capite. Atque daret huic potestatē cogendi omnes in vnitatē. Ergò vtrūq; gladiū necesse fuit illi dari, & dominiū in temporalibus, & spiritualibus, nè quādo fieret præda Hæreticorum, aut Principum laycorum. vt dictū est in primis regulis, sed solius Dei esset nutui parens Ecclesiasticus Princeps; at Princeps homo diuinus. Quoniam solus Deus est dominus absolutus, & per se, hominum: cum esset hominibus inaccessibilis ipse factus est homo, & recedens ab hominibus post ordinatam legem, & Principatum dedit dona hominibus, Apostolos, Prophetas, Doctores, Gubernatores, laycos, & opitulatores. vt dicit Apostolus Paulus. Omnes tamen sub vno capite recto per Spiritum suum, cui

Ioh. 21.

dixerat: Pasce, & rege oues, & agnos meos. Nos enim
populus eius, & oues pascuæ eius ait Dauid
& Plato, Solius Dei agnoscit
hominem esse
possessionem:
Nec posse vnum totius generis humani esse Principem
nisi sit Sacerdos Deo proximus, cuius nutu
regatur, & lege. Laicum aūt nullum
posse vniuersalem esse
Regem orbis,
bene
demonstrauit Aristote-
les, & ipsi se-
quantur.

Pro-

Propositio vniuersalis de Vnitate Regni Messiæ; & de potestate Summi Sacerdotis, eiusdem Vicarij, & Locumtenentis.

Caput Quintum.

IESVS Christus, Deus, & homo, dominus vniuersorum in temporalibus, & spiritualibus, instituit Principatum vnum super omnes principatus humanos cum vtraque potestate in persona Sancti Petri Principis Apostolorum, & successorũ eius; & quãdo mũdus totus vnitus fuerit sub hac monarchia & euacuati fuerint Principatus, & potestates eidẽ non subditæ in omnibus; & per omnia, & diuersitas Religionum, & earumq; sublata fuerit, tunc apparebit sæculum aureum; Quod Christus restituere venit secundum Prophetas, & Poetas, & Philosophos. Nunc autem est, sed non apparet prorsus. Sed Dei Ecclesia semper fuit vna, & de iure diuino, & humano, omnes Principes dependent ab eiusdem Capite in temporalibus, & Spiritualibus; qui omnibus imperare potest ad ædificationem, non tollendo illis Regnum, nisi vbi fuerint rebelles Deo, Religioni; vniuersali; aut inepti, & pernicioſi prorsus ad commune bonum. Nam hoc potest etiam Respublica, multò magis Papa. At Princeps nullus potest super caput, nec tota Ecclesia simul; Quoniam Papa est pater, & pastor; & sponsus Ecclesiæ, super quẽ non possunt filij; neque oues, neque sponsa: ipse autẽ potest super omnes facere leges, & corrigere leges; & actiones eorum, & vitam caducam, & eius vsum dirigere ad æternam.

Variæ Opiniones, Hæreticorum, & Catholicorum, de Regno Christi, & Potestate Summi Pontificis, & Principum Laycorum.

Caput Sextum.

1. opinio Hæretic.

QVI negant Christum esse Deum, & hominem simul, sicut Ebion, Cherintus, & Photinus, & recentiores quidam Hæretici, & Mahometus; tantummodò hominem prophetam ipsum agnoscentes, dicere & hoc pergunt consequenter, quod non sit Dominus munei in temporalibus, neque in Spiritualibus; Sed tantùmodò prædicator Regni Cælorum Et quod vicarius eius, ac successores, potestatem non habeant nisi prædicandi, & corrigendi falsos prædicatores, fortassè etiam cum auxilio Principum temporalium; si tamen hi velint dicto obaudire.

2. opinio Hæretic.

II. Qui autem credunt Christum esse Deum, & hominem, diuiduntur in Catholicos, & hæreticos, diuersitas quoq; magna est. Anabaptistæ enim asserùt Christum abstulisse omnia tribunalia Polytica, & arma, & Principatus, cum
" dixit: Reges gentium dominantur eorum; vos autem non sic &c. Et alibi: Nolite iudicare &c. & Ecclesiam esse Rempublicam popularem absque præeminentia Sacerdotis maximi, & quasi Anarchiam.

3. opinio Hæretic.

III. Lutherani, & Caluinistæ asserunt Polyticam laycam; & subijciunt illi Clericos. Et dicunt quemlibet Christianum esse Sacerdotem, & ministros publicos esse Episcopos, & omnes potestate æquales; & viuendum per democratiam. Et abiectione, & contemptu impleuerunt Sacerdotium, eo quo Propheta comminando præuidit modo. Erit vt populus sic, & Sacerdos &c. in
" pœnam prauitatis suæ. Hæretici autem hoc in vindictam, & odium diabolicum sic fecerunt, subijcientes spirituale temporali, vt possint absque timore à capite Ecclesiæ Principes auertere: atque populos, ad quascumq; hæreticas opinione abducere.

4. opinio Hæretic.

IIII. Ioannes Vuicleffus verò, ac Marsilius Paduanus, & Ioannes Hvs, & Valdenses, asserunt Papam esse veluti curatum, & prædicantem, & ministrum Sacramentorum. Vtq; alij dicunt, Solum in sua diœcesi, Lutherani scilicet, & Caluiniani, Vt verò alij, Super omnes Diœceses Episcoporum esse in spiritualibus. Ac negant ei omnem potestatem temporalem, nisi quando Principes laici hanc ei conferunt, permittunt vè, Hoc dicit Marsilius, & Theologus quidam (qui antè paucos dies edidit libellum contra excommunicationē Papæ Pauli V. fulminatam in remedium schismatis imminentis) eius sententiæ adhæret; quam ità probare nituntur.

Rationes oppugnatium dominium Papæ in temporalibus.

I. Christus non assumpsit, neq; exercuit dominium temporale, antè, neque post resurrectionem; sed venit ministrare: Ergò neque Petro ipsum reliquit.

II. Dixit Regnum meum non est de hoc mundo; sed quod tantùm Spiritualis esset Rex.

III. Soluit tributum tamquam vassallus Imperij Romani.

IIII. Agnouit Pilatum, vt Iudicem superiorem dicens: Non haberes in me
" potestatem nisi tibi data esset desuper.

V. Dū vellent turbę ipsum facere Regē; aufugit, & non acquieuit.

VI. Dū rogaretur, vt diuideret hæreditatem inter duos fratres dixit: Quis
" me constituit Iudicem?

VII. Dixit

VII. Dixit: Non venit filius hominis vt iudicet mundum &c. neq; ministrari &c.

VIII. Nunquam vsus est gladio materiali, At reprehendit S. Petrum vtentem; & iussit vt percutienti maxillam vnã, prebeamus, & alteram.

IX. Paulus quoq; Apostolus ait. Arma militiæ nostræ non carnalia.

X. Regnum Christi, est Regnum omnium sæculorum, & potestas eius æterna, teste Dauid, & Daniele: Ergò non temporalis.

XI. Sed in temporalibus fuit alteri subiectus: ideo dixit Apost. Paulus; Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, &c. hæ autem potestates sublimes erant tunc laycæ, & Imperialis; à qua (ait Chrysost.) nullus eximitur, nec Propheta, nec Euangelista.

XII. Item Sacerdotes tenentur soluere tributum, cũ solo humano Iure eximiantur, non diuino, docente Apostolo; Reddite omnibus debitum; Cui tributum tributum: Cui vectigal, vectigal. Quod D. Thomas ibidem asserit de clericis.

XIII. Apostolus Petrus ait: Subditi estote omni humanæ creaturæ: siue Regi tamquam præcellenti, siue ducibus &c.

XIIII. Item Moyses, & Iosue, qui Principatum temporalem administrabãt, dominabantur in Sacerdotes, & leuitas.

XV. Et Salomon priuauit Abiathar Sacerdotio, & Otho Imperator, Ioannẽ Papam duodecimum.

XVI. Dicitur in Psalm. Deus stetit in Synagoga Deorum &c. Hi quidem Dij sunt Principes Iudices terræ (vt patet ex Gen. & Paralip.) non subditi cuipiam, nisi Deo; nam Scriptum est; Per me Reges Regnant. &c. & alibi. Non est potestas, nisi à Deo. & alibi. Audite Reges &c. Data est à Domino potestas vobis.

XVII. Danthes Poeta Theologus concordat cum eisdem. Quoniam (ait) dixit Christus, Date ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo &c. & diuisit Iurisdictiones duas, & canit quod Roma duos Soles habebat, quorum alter mundi, alter Dei viam ostendebat. Sed nunc confusi sunt in vnum, Ensis, & Pastoralis baculus per vsurpationem, ideò vtrumq; ruere, oportet; & quoniam leuitis non est data pars in temporalibus: ergò neque Clericis debetur.

Opiniò Prima Catholicorum.

CAtholici verò Scriptores diuisi sunt. Nã Theologi magna pars voluit Papam esse omnium dominum in spiritualibus directè, & posse leges cõdere, & leges Euangelio contrarias irritare; & tribunal habere. Sed indirectè tantũ esse Dominum in temporalibus; quatenus deuiant à Spirituali, corrigendo, & dirigendo politias ad Religionem. Bellar. Hoc sentit Bellarminus, & Turrecremensis, & Glos. in c. nouit de Iud. exemptionem, & libertatem Ecclesiasticam, esse de Iure diuino, nec subdi Spiritualia temporalibus in re quapiam. At Dominium, & possessiones temporales clericis non esse nisi ex donatione Principum laycorum.

Sotus verò asserit, Christum fuisse Regem in Spiritualibus tantùm, & non assumpsisse, neque debuisse assumere temporale dominium, nec proindè successoribus illud reliquisse. At exemptionem Ecclesiasticam esse de Iure diuino. vt patet in lib. 4. q. 4. de Iust. & Iur. At in 4. Sent. de Iure humano. Veruntamẽ fatetur Papam posse leges condere, & dominari in toto orbe absolutè in Spiritualib⁹; in temporalibus verò in ordine ad Spiritualia tantum, corrigere, & deponere Principes ob hæresim vt docuit Turrecrem. At Imperatorem, & Principes laycos, non pendere à Papa, sed à Deo; non immediatè; sicut Papa, sed mediate per legem naturæ, & non Papæ, quam Christus non abstulit. Sot.

At Co-

Couar. At Couarruuias asserit non conuenire clericis, & Papæ gladium materialem, neque tributorum exemptionem, neq; forum, & tribunal, nisi humano Iure Principum, & Papæ. Quin addunt Regem non subdi Imperatori propter Can. de Venerab. qui filij. & semper fortificat potestatem laycam in pręcellentia ad Sacerdotalem in temporalibus; sicut Luna in nocte præcellit, per Can. Solitæ. Quamuis Sotus postea dicat exemptionem esse de iure naturæ, & Principes ipsam tollere non posse. quod & Couar. tract. 9. fatetur.

Opinio Secunda.

II. CANONISTÆ verò, & ipsi varij sunt, sed tamen omnes ferè dicũt; Papam esse dominum totius mundi in spiritualibus, & temporalibus, quoniam est vicarius Christi, qui cum sit Deus habet omnẽ potestatem. Hoc Ostiensis asserit in T. de voti Redempt. & Faber super l. Cunctos populos de Sum. Trin. & Burgen. add. 3. sup. c. 1 Matthæi: & Iohan. Andr. ali jq; multi asserentes, quod Imperator sit mundi Dominus factus à Papa. & Principes, & Reges ab Imperatore pendere; sed plerosq; exemptos esse per pręscriptionem: aut per priuilegium. Bart. in l. Hostes ff. de Capt. & post lim. reuer. & super extr. ad reprim. docet esse de iure diuino, quoniam, ait, Luc. 2. Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus Orbis. & licet Sotus hanc auctoritatem derideat, tamen videtur esse S. Thomę in opusc. de Regimin. Princip. vbi Augustum nutu Dei vicarium fuisse totius mundi in Imperio temporali asserit. Bald. etiam super l. cunctos populos de summa Trinit. putat Imperatorem de iure naturæ esse dominum totius mundi. Et Antoninus Imperator ait: Ego mundi Dominus: ad l. Rodhiam de Iac. l. de pr.

Et multi addunt, Imperium, & Sacerdotium esse diuisa à Christo, cum dixit: Quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et id ô non pendere Imperatorem à Papa. & per Can. duo sunt; & cum ventum est ad verum vbi adducit Scholiastes residuum epistolæ pontificiæ, in qua ostendit Pontifex quod Diabolus coniunxerat vtramq; potestatem, & gladium apud gentiles. Sed solũ Melchisedechem potitum fuisse vtroque nutu Dei, vt sit figura Christi.

Item aiunt, Imperatorem antè Papatũ fuisse dominum mundi, vt testat. Euang. Luc. & hoc habuisse ex successione Regni Assiriorum, quod D. Augustinus ait, translatum esse ad Romanos, ob ipsorum Virtutes, quod D. Tho: ibidẽ etiam probat: Regnum autem Assyriorum, & Persarum vniuersale erat dicẽte Daniele: Tu Rex Regum, Deus Cæli, Regnum, & Imperium, & Fortitudinem dedit tibi. Idem habetur in Scripturis Sanctis de successoribus pluribus, vt de Cyro, & Assuero &c. Ergò Romanum quoq; erat vniuersale, & à Deo, & non à Papa. Has auctoritates, & si parum probantes, adducunt omnes.

Concordant tamen Canonistæ, quòd Papa confirmauerit Dominium vniuersale in Constantino, vel in Carolo Magno. D. Thomas verò in opusc. de Regim. Princ. lib. c. 18. 19. & 20. facit Papam Dominum vniuersalem in temporalibus, & spiritualibus; sine Glossa. Et quamuis liber ille non videatur esse D. Thomæ propter quandam Historiam insertam, quę post mortem eius contigit: nihilominus in Euangelio matthæi inserta fuere illa verba à tam ferente ex Hæbreo (hoc est, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me?) Hoc ergò friuolum est argumentum. Sed liber ille videtur esse viri docti, D. Thomæ non inæqualis, si tamen non est eius. At hanc esse eius opinionem probatur ex Sent. d. 44 lib. vbi idem asserit. Item ex August. Anconitano qui fuit vna cum Aegidio Rom. discipulus D. Thomæ; cuius doctrinam, & phrasim imitatur in lib. de potest. Papæ. At verba vltima S. Thomæ super 2. sent. ostendunt prorsus

eius

eius esse sententiam hanc dicentis: Spirituali potestati secularis potestas conjungitur in Papa, qui vtriusq; potestatis apicem tenet, scilicet, Spiritualis, & secularis, hoc illo disponente, qui est Sacerdos, & Rex. Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Rex Regum, & Dominus dominantium: Cuius potestas non auferetur, & Regnū non corrumpetur in sæcula sæculorum Amen. Vnde non solum auctoritas S. Thomæ; sed etiam duplex probatio ex S.S. habetur.

Omnes Theologi meliores, asserunt Papam esse super Cōcilium, nisi sit factus Hæreticus, aut tempore scysmatis, quando ignoratur qui sit versus Papa; vt declaratum est in Concil. Costant. Gerson videtur contrarium sentire, & Petrus de Aliaco, sed dubitatiuè; & loquuntur tempore scysmatis. Nunc autem ex Scripturis Sanctis veritatem demonstremus, oportet.

Christum esse Rationem æternam, & in tempore tandem incarnatam. Ideoq; esse Dominum vniversorum, æternaliter, & temporaliter, contra primam opinionem.

Caput Septimum.

AVERSVS primam Cherinti, & aliorum Hæreticorū opinionem assero. Christum esse Sapientiam, Verbum, seu Rationem Dei æternam, per quam creauit mundum, & gubernauit semper, & tandem in genere humano instauraūit eum, cum esset corruptus. De hac Assertione alibi à nobis demonstrata, dubitare nemo potest, nisi qui prouidentiam Dei, & amorem diuinum ergà nos suas creaturas, vel Patris ad filios, non cognoscit, vt diximus cōtra Macchiauellistas. In præsentiarum verò per authoritates Sanctas sic pateat.

Ratio, Verbum, Sapientia, Sermo, Logos Virtus, Ars Dei vocatur in Euang. & S. Scr. & S. Aug. Hier. Bas. Cyr. Iustin. Greg. Nyssen. & D. Thom. 4. cont. Gent. & super Dionys.

I. Et primo ait Ioannes. Deus erat verbum, omnia per ipsum facta sunt. &c. Et verbum caro factum est.

II. Coloss. primo ait Apost. Paul. In ipso (vt Xpo.) condita sunt vniuersa in Cælis, & in Terra, visibilia, & inuisibilia &c. Ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant. &c. Et per eum reconcilians sibi omnia in ipsum &c. Et ad Rom. Christus &c. Qui est super omnia Deus.

III. Idem Apost. Ephes. 1. Instaurare omnia in Christo, quę in Cælis, & quę in Terris sunt in ipso. Ex his sequitur per conclusionem, & quod Christus semper fuerit dominus vniuersalis totius vniuersi, & omnium principatuum terrestrium, & Cælestium, iure æterno, diuino, & naturali. Et quod post quam factus est homo, auxerit, & cumulauerit Ius dominij super omnia in temporibus per ius redemptionis nouę. Et quod acceperit dominium vniuersorum iuridicè, & potiori iure, quam si emisset pecunia mundum, & homines ab alio; sicut homines emunt Principatum, & fiunt domini hoc iure. De primo dicit

„ Sapientia Christus: Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta
„ decernunt.
„ V. Et de primo, & 2. ait Apost. Col. 2. Qui est Caput omnis Principatus, &
„ potestatis.
„ VI. Et Hæbr. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum: per quem fecit,
„ & sæcula.
„ VII. Et Apocalyps. Rex Regũ, & Dominus Dominantium &c. & Iudex vi-
„ uorum, & mortuorum; Princeps Regum Terræ &c. Et ipse; Ego sum Alpha: &
„ Omega.
„ VIII. Et Matthæi vltimo: Data est mihi omnis potestas in Cęlo, & in Ter-
„ ra &c. nullam excludit.
„ VIIII. Et Ezecchiel. 34. Erit Rex imperans omnibus vnus.
X. Et quidem Rex verus hominum, & pręcipuè omnium per se absolutus non potest esse, nisi Deus, sicut in primo capite dictum est.

Christum reliquisse in Ecclesia forum Ecclesiasticum, & Polyticum, & hoc correxisse, & supposuisse Ecclesiastico; contra secundam opinionem.

Caput Ottauum.

ADVERSVS secundam opinionem, quæ fuit Anabaptistarum, assero, quòd cum Iustitia sit secundum naturam hominum, omnibus, & naturali Iure, tribunal Polyticum conueniat; & Ius naturale pendeat à Iure diuino, æterno, & ab arte Diuina, quę est Christus, Verbum, Sapientia, & Ars diuina æterni Patris; vt in SS. & apud Aug. & Hier. & Iustin. & Clem. & D. Thom. manifestatur. Impossibile est omninò, quòd Christus abstulerit tribunalia polytica: Sed quòd emendauerit, frenauerit, commendauerit sub iudicio S. Ecclesiæ, manifestum est.

„ II. Et primo Apost. Scribẽs ad Tim. Episcopũ. 1. Tim. 5. ait: Accusationẽ Præ-
„ sbyteri nõ accipias nisi sub duobus, aut tribus testibus &c. vbi multa instituit pertinentia ad iudiciale tribunal. Ex quo patet, quãtopere abesset Pseudotheologus, qui persuadere nititur prudentissimis Venetis, tribunal Ecclesiasticũ erectum fuisse permissu laycorũ Principum, post Theodosium, aut post Iustinianũ, aut post Constantinũ Imperatores, cum fuerit iam ab Apostolorum tẽpore, contestantibus etiam S. Clemente Petri discipulo, & Ireneo, & alijs &c.

III. Idem Apost. primo Corint. 6. Restituit non modo Ecclesiasticum tribunal, sed etiàm sœculare in Ecclesia. Et increpat Christianos, quod ad Tribunalia infidelium (vt faciunt Anabaptistæ) confugerent prò dirimendis litibus,
„ aut quod ponebant Iudices ignorantes ad Iudicandum. Num quid non est inter
„ vos (ait) Sapiens, qui possit iudicare inter fratrem, & fratrem suum? Post modum verò iubet vt omnia tribunalia, & iudicia subijciantur Apostolico Tribunali, dicens.

„ IIII. An nescitis quia etiam Angelos Iudicabimus, quanto magis ista sæcu-

cularia ? Et alibi . Spiritualis omnia iudicat , & ipse à nemine iudicatur. Et alibi . Vultis in virga veniam ad vos, an in Spiritu lenitatis &c.? Vbi profectò iudicat Apostolus,& præcipit inter Corinthios tamquam verus prælatus iuxtà morè »
præsentem in Sancta Ecclesia . Quin etiam contrà fornicationem, quod est peccatum Tribunalis laycy. Ergo Christus reliquit vtrumq; tribunal ; & correxit in quo errabant , vt postea dicemus . »

V. Item S. Petrus , & S. Paulus iusserunt, vt obediatur Principibus in Christianismo,& Dominis etiam discolis,eo quod nõ est potestas nisi à Deo.Rom.13. »

VI. Tandem 1. Cor. 12 Instituens Paulus Christianam Polytiam , dicit quod Christus posuit in Ecclesia alios quidem Apostolos ; secundò Euangelistas; tertiò Prophetas, Deinde gratias curationum &c. Et sub his capitulationes , & gubernationes . Vbi facile intelligit Gubernationes Polyticas laycorum in temporalibus, nam de spirituali iam dixerat Apostolos , & Euangelistas , & & Pastores curam gerere.Ex quo patet,& quod Polyticũ Tribunal est à Christo, sub Tribunali Apostolico,primo loco , & dignitate numerato &c.

VII Ad S. Brigidam dixit Christus vt patet in reuelationibus multis , se reliquisse in Ecclesia iudices , qui sunt Clerici ; & defensores , qui sunt principes layci, & plebeos, qui nutritioni prouideant corporis Ecclesiæ temporali. Et in has tres partes regimen Ecclesiasticum diuidi . Quam diuisionem Plato à natura , quæ est Christi ars operata , edoctus,in sua Repub. fecit, & dixit , illam non posse subsistere dempta vna harum partium . Ergò Christus si non est diminutus legislator non nisi iudicia temeraria prohibuit, & principatum Tyrannij cum , non autem rationalem quoq; iustumq; vt putant Anabaptistæ, quando dixit . Nolite iudicare , & non iudicabimini ; & quando ait . Principes gentium » dominantur eorum , Vos autem non sic,vt melius instrà videbimus . »

Præbere autem maxillam alteram,est consilium ad priuatos; quod non aufert gladium, remedium scilicet necessarium Reipublicæ .

Christum fuisse Regem in spiritualibus , & temporalibus, & ambas potestates assumpsisse , & easdem in Ecclesia reliquisse, vt adimplerentur omnia iura naturalia,& prophetię,& expectationes,contrà tertiam opinionem .

Caput Nonum .

A Duersus eos , qui volunt Christum non fuisse Regem in temporalibus , & spiritualibus , assero oppositum : Quod videlicet fuerit Rex vniuersalis omni modo, iure , & potestate, Hæres mundi Rom. 4. Hæres vniuersorũ. Hæbr. 1. Rex Regum Dominus Dominantium Apoc. 15. Iudex viuorum , & mortuorum ; non modò tamquam Deus, sed etiam tamquam homo iure redemptionis , & vnionis humanitatis cum diuinitate ; qua creauit , & postea instaurauit homines carne assumpta. Rom 4. Hæb. 1. Apoc. 15.

I. Primò Quoniam Christus est ipsa ratio prima essentialis æterna : omne

autem dominium fundatum est super ratione; ergò pendet abeo, sicut splendor à Sole, & membra à capite.

II. Incarnata est ratio aeterna, vt doceret, & faceret non modò plebeos, sed etiam Principes, verbo, & exemplo, dirigere vitam temporalem ad aeternam, neq; amplius Reip. finis esset cõmodum Principis, aut Magnatum, vnde sequitur Tyrannis seditio, ac politiæ ruina, vt plato & nouit. Ad hoc autem faciendũ necessaria est vtraq; potestas, & præcipuè ad retinendum in officio repugnantes &c.

III. Deus antè etiam erat Dominus in temporalibus, & Spiritualibus. Ergò Christus cum sit Deus, de iure habet, & temporale Regnum; Insuper enim hoc non potest regi absque sapientia, & ratione, cui supponimus omne regimen bonum; & passiones, & operationes nostras. Ergò omne Regnum habet à Christo potestatẽ. Quandoquidem Regnum irrationabile non est Regnum Ergò (per corollarium) regna infidelium quatenus ratione reguntur, quodammodo sunt Christiana; quatenus verò à ratione deuiant, non sunt Christiana, quia non rationabilia à prima ratione omnium, quæ Christus est, vt benè concludit S. Iustin. Apol. 2. & S. Hieron. in epist. ad Galat. corolli.

IIII Concedunt Sotus, Lactantius, Bellarminius, Couarruuias, Turrecremata: Christum esse in spiritualibus modò Regem directè, sed in temporalibus assumpsisse tantam authoritatem, quanta sufficit ad corrigendos errantes à Regno Cælesti; cuius Christus se tantum Regem declarauit, vt aiunt. Ergò sequitur secundum eos, & ita asserunt, quod possit ipse, & Vicarius eius abrogare leges Principum peruersas, Deponere scysmaticos, & hæreticos, & omnia, bona temporalia assumere in ædificationem Xpianismi, & dirigere cunctos ad bene viuendum, sicut sæpè legimus fecisse Pontifices Romanos. Nunc hoc ab illis asserto, inferam vlteriùs ego, quòd ad hoc præstandum requiruntur vires temporales, & (vt dicitur) brachium Seculare, contra eos, qui non obediunt monitionibus, & excommunicationibus, alijsq; pœnis spiritualibus non reprimuntur. Ergò Christus assumpsit, & reliquit ambas potestates Ecclesiæ, si diminutus legislator non est: sed sufficiens sibi, ac suis. Et quia ad hoc requiritur omnis potestas absoluta, nescio quo pacto ipsam mutilant, & dicunt, Christum assumpsisse partem; & tamen negant aliquem actum ostendisse temporalis Imperii, quoniã quando triumphauit super Asello, & eiecit vendentes de templo, non videntur istis opinantibus esse actus temporalis Imperij, Ergò vel nullam partem Imperij temporalis accepisse opus est; vel totum; sed isti sua ratione omnia metiuntur, & non ex ratione Diuina.

V. Præterea Sotus quoq; docet legem non habere modò vim directiuam, sed etiam coercitiuam sufficienter; & hoc probat auctoritate Iuris consultorum, & naturali; quia aliter esset præceptũ consiliatiuum dumtaxat Philosophorum, non coercitiuum legislatoris. Ergò in lege Christi vtraque est &c.

VI Lactantius, & S. Hieronymus, Origenes, & Omnes Theologi meliores, asserunt Christum venisse restituere statum legis naturalis perfectè. At in statu naturali simul manebant Sacerdotium, & Regnum, & Paternitas. Ergò Christus fuit Pater, Sacerdos, & Rex absq; defectu vllo. ex probatis in primo, & 2. cap.

VII Non modo Christus fuit redemptor animarum, sed etiam corporum. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificantur. (ait Apost.) Ergo est rex animorum, & corporum; Ergò spiritualis, & temporalis; quoniam bona temporalia sunt corporis animo subiecti.

VIII. Sacerdotium absque potestate temporali est contemptibile, subiectum Principib' laycis, vel timore, vel auaritia; & emptitium ab illiorum fauore, vt in tempore Caiphæ, à Romanis emebatur. sicut nunc Patriarchatus Constantinopolitanus à Turcarũ Rege; nec potest extirpare hereses, & efficacitèr præcipere bonum publicum. Ergò Christus cognoscens hanc debilitatem nostram in

Regno

Regnó, suo, vtrumq; dominium assumpsit, & reliquit, & gladios duos sufficere voluit; & ità docuit vtrumq; exercendum in necessitatibus.

VIIII. Item Christus figuratus est ab Adam, Noe, Melchisedech, Moyse, Abraham, Dauid, Iuda Machabeo. Hi autem omnes habuere potestatem spiritualem, & temporalem, & fuerunt Principes, & Sacerdotes Populi. Ergò, & Christus: Non enim est minor illis; & hic latet æquiuocatio Sotti, qui vt magnificet Christum, dicit non conuenisse illi temporale dominium, vt hinc possit concludere, Ergò Principes laici non dependent à Papa, & vtitur excellentia Christi, ad deiiciendum Christum, & Regnum eius, sicut qui magnificabant idolũ, tefte Brigida, & nolebant illum habere potestatẽ super se sed pro se.

X. Immò putandum est, has potestates esse vnam, sed diuersis in actibus diuisam ostendi, Et sunt sicut regia, & proregia, Consularis, & proconsularis, Caput, & Brachium; quoniam quæ à Deo sunt, ordinata sunt Rom. 13.

XI. Apostolus ad Hebreos disputat, Quod Sacerdotij Christi nõ est secũdũ ordinẽ Aarõ, sed antiquati fuisse Sacerdotiũ Arõ leuitici; & Institutũ fuisse secũdũ Melchisedech, qđ fuit Regis, sicut, promissũ est Dauidi in Messia Psal. 109. iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternũ secũdũ ordinem Melchisedech. Ergò si Christus non esset dominus in spiritualibus, & temporalibus, adhuc staret Sacerdotium Aaron. Est enim notabilis differentia, præter alias, inter, Sacerdotium Aaron, & Melchisedech, quod huic annexa erat Regia potestas, quę præfigurabat futurum Monarcham, vniuersalem Regem, & Sacerdotem: in sacrificio erat differentia, sed non in Sacerdotio eorum, nisi Regia dignitas discerneret.

XII. Ideirco (ait S. Gregor. Super Luc.) describens Euangelista tempus Messiæ sub Principe Romano, & Sacerdotio Iudaico ait, Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris &c. Sub Principibus Sacerdotum Annæ, & Caiphæ &c. vt innueret; quod in vtroq; Regno (sicut dixit Sybilla ad Augustum) Christus dominaturus erat; & Tyberius fuit Rex, & Sacerdos. Herodes etiam, & Cayphas, in persona Messię, Regnum, & Sacerdotium innuunt iungendum.

Ergò Danthes longe aberrat, quando, ait Papæ non conuenire dominium temporale, propterea quod ab hæreditate filij Leui eximebantur. Non enim leuiticus Sacerdos, est Papa; sed Melchisedecheus. Et hoc punctum non considerarunt, falli fecit Couarruuiam, Sotum, Marsilium, & Hæreticos vltramontanos. Et ego quandoq; cum vno ex illis disputando super hoc temporali dominio Papæ, coegi illum dicere, quod Christus non fuit Sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech, & obstinatus in sua perfidia, contendebat, esse secundum Aaron, in hoc quod quidem Apost. ad Hebreos prolixa, & arguta disputatione reprobat (& hoc opusculũ à me accepit Scioppius; & ipsas, & sequẽtes rationes in suo Ecclesiastico rescripsit: vt proprio ore testatus est Romæ, nec meum dedit prælo, vti promiserat, librũ, sed suum) Qua propter si Christus Sacerdos erat secundum Melchisedech nobiliorem Leui, qui decimauit Leui, & Aaron in lumbis Abrahæ, vt ait Apostol. non potuit, neque debuit relinquere in sua Ecclesia aliud Sacerdotium, quàm quale fuit suum Melchisedecheum.

Corol. Respons. ad Danid.

XIII. Præterea secundum sententiam omnium Rabynorum, promittitur in Sacra scriptura ipsi Messiæ dominium temporale, & spirituale super totum vniuersum. Ergò Christus absolutus Rex fuit vtriusq; Regni.

Nec rectè respondetur à quibusdam Theologis, hoc dominiũ temporale futurũ dum taxat in secundo aduentu, tunc enim non erit temporale, sed in instanti fiet Iudicium, & translatio in Cœlum. At Sacra Scriptura profert multa bella, & tribunalia, & dominationes in Terra. Arguet populos multos Isaiæ 2. & Pascet terram Assur in gladio Micheas 5. Et faciet Iudicium, & Iustitiam in terra. Ierem. 23. aut ergò oporteret affirmare cum Cœliastis damnatis à Diuo Augustino, quod mille annis Christus visibiliter in terra Regnabit in spirituali, & tẽporali, antequam faciat Iudicium

Contra Respons. contrariorum.

Isaiæ 2. Mich. 5. Ier. 23.

Iudicium vniuersale: aut quòd Iudicium duraturum sit in terra quinquaginta mille annos, vt scripsit in Alcorano mendax Mahometus; ad examinandas omnes causas, & libellos, quos dicimus vulgò, Processus, hominum omnium, vtrumq; autem horum falsumest. Ergò rectè quantum ad aliquid Rabbyni affirmant, Dominium Messiæ in temporalibus. Sed in hoc decipiuntur, quod non intelligunt, qualiter post mortem Messiæ regnandum erat per Vicarios in ambabus potestatibus, & Regnum Papale esse Regnum Messiæ. Quod vtiq; possent cum ipsi, tum nostrates discere ab Isaia subitò in cap. 53. loqueute sic de Messia: Si tradiderit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum &c. „ Hæc est successio longa Pontificum, & Ecclesiasticorum, de semine Christi „ spirituali, & addit, Et voluntas Domini in manu eius dirigetur, pro eo, quod „ laborauit anima eius, videbit, & sanabit, in scientia sua iustificabit ipse iustus „ multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum „ iniquis deputatus est &c. In quibus verbis ostenditur successio Regni; & quod diuidet spolia fortium: & dominabitur hominibus, & per sapientiam acquisitio dominij, & non per arma. & propter mortem, qua redemit sibi mundum à peccato, & diabolo; & fecit nos Deo nostro Reguum; & ideò ipse hoc declarans dixit Lucæ. 24. Hæc oportuit pati Christum, & ità intrare in gloriam suam post mortem, & iterum post mortem. Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in Terra. Ergò paternalis: quia pater futuri sæculi, Test. Isaia 8. & maritalis, quia habet sponsa Teste Iohanne Baptista Ergò, & regia, quia Rex Regum, & dñus dñantiũ Teste Ioh: Euang. 8. & Sacerdotalis, quia Sacerdos secũdum ordinem Melchisd. Teste Dauid. et Paulo. Et quidem D. Thom. ex hoc textu, (data etiã mihi omnis potestas) concludit in Christo spirituale, & tẽporalem in opus 20. lib. 3. & similiter in Papa. Quod de iure diuino, & naturali positiuo „ probat. Vnde Christus subdit sicut misit me viuens Pater ita ego mitto vos. Quasi dicat, vt acquiratis mundum per passiones, sicut ego; & cum omni potestate, quam datam mihi do vobis in hac missione; postea ergò exercebitis omnem potestatẽ, quam ego merui, cum surrexeritis, tamquam corpus meum mysticum, victoriosi, & accipietis re ipsa, quod vobis conuenit de iure ex merito meo: Idest omnes Principatus mundi; nam constituemini Princeps super omnẽ terrã in victoria per mortem; & ita cœpit sub Constantino quando cessarunt omnes persequutiones, & Ecclesia sensit primam resurrectionem à tribulationibus, & declarata est, & agnita tamquam magistra, & domina mundi. Matth. 28.

Ergò quid quid Ecclesia nũc facit, ipse Messias facit; & qui Ecclesiã persequitur, Messiã persequitur, iuxtà illud, Saule quid me persequeris? Et qui Ecclesiæ obedit, Messiæ obedit iuxtà illud, qui vos audit, me audit: hoc est in membris meis. Ergò Dominium Ecclesiæ, & bella Ecclesiastica sunt ipsius Messiæ contrà infideles, & Hæreticos, & iniquos: de qua etiam Isaias dicit 42. Non erit tristis neq; „ turbulentus, donec proponat in terra Iudicium &c. Ergò sine armis, & rumore temporalis Iurisdictionis, promulgaturus erat legem, & Regnum suum diuinũ. Sed post datam legem (vt Ly, Donec, innuit) omnes iurisdictiones assumpturus erat ad regendum eos, qui eius legem receperunt, sicut vtitur Ecclesia in virtute eius; Et Papa in loco eius. Lex autem data, & authorizata est in cruce, quando dixit, Consumatum est, ergo &c. & hos cõcordat enm his, quæ diximus in primo capitulo.

Argumentum ex successione in Regno Dauid;

XIIII Præterea Christus fuit filius Dauid: Dauidi autẽ promissũ est Regnum æternum in suo successore, hoc est in Messia, vt Prophetæ, & Doctores declarant, fuit etiam promissum Sacerdotium: Idecq; ad Hæbr. disputat. Apost. quod cessauerit Sacerdotium Aaron, & vnitum fuerit cum Regno in prosapia Dauidis, vt figura, & dignitas Melchisedechis Regis, & Sacerdotis, à quo decimatus est Aaron. compleretur; vtq; restitueretur faculum primæ legis naturæ, in quo fuit Melchisedech Ergò accipiens Christus Regnum Dauidis

dis, adimpleuit prophetiã. Ergò necessariò accepit Regnũ Spiritule,& tẽporale. Ergò omnes Principes Christiani (quatenus Xpiani) sũt armati Dauidis potestate, & gladio. Et pontifex Vicarius Christi, est Rex, & Sacerdos vniuersalis. Nõ enĩ perditum est in Christo Regnum Dauid; sed instauratum; vt mox dicemus.

Profectò Si Christus temporale dominium non assumpsisset, non possemus ingenua facie Anabaptistis stare contrà; qui Christianos expoliant dominio temporali. Neque Erasmo bella interdicta Christianis asserenti. Nam re vera videntur debere facere quod Christus fecit, & non retinere mores gentilitatis. Ergò à Christo recognoscere debent omnem potestatem tamquam à Messia filio Dauidis. Quod planè testantur Scripturæ sanctę omnes. Corollar.

XV. Præterea primo dictum fuit ad Abraham, & Isaac, & Iacob: In semine tuo benedicentur omnes tribus Terrę &c. Quoniam in Christo semine ipsorum vniuntur omnes vno cultu diuino, & liberantur à maledictione, quam propter apostasiam incurrerunt, & per Idolatriam auxèrunt, aliaquè per scelera. Quapropter cum ità sit, mundus pristinę benedictioni à Christo, atq; abũdantiori restitutus, necessaria est potestas temporalis huic principatui vniuersali seminis Patriarchatũ, vt possit punire homines nequam; & iterũ apostatãtes sub ista lege.

XVI Et Apost. Rom. 4. exponens hanc benedictionem in domino vniuersalẽ faciendã fuisse: Non ex operibus (inquit) sed ex fide promissio Abrahæ, vt hæres esset mundi &c. Totius ergò mũdi hæreditas competit Messiæ. Et idẽ 1. Hębr. repetit: Quẽ (dicẽs) cõstituit hæredẽ vniuersorũ. vbi clarè patet qđ nõ excludit tẽporalia, sed maximè includit. Test. clarus: expositiones in cõtrariũ extortę.

XVII Vbi præterea Apostolus docet de Christo dictũ fuisse Psal. 8. Omnia subiesti sub pedibus eius &c. Quãuis loquatur de omni homine; tum quoniã Xpũs cõpræhẽdit in se totã naturã humanã, & est caput omniũ hominũ; & omnis Principatus, & potestatis, vt alibi docet. Ergò de ipso peculiaritèr intelligitur, omnia subiecisti sub pedib' eius &c. At exponens ly omnia ipse Dauid subdit. Oues, & boues, vniuersa &c. Ergò hoc dominiũ est etiã tẽporale, cũ declaretur in bonis tẽporalib' expositiuè, & est hęresis excludere quòd Propheta includit.

XVIII. Itẽ idẽ Apost. ait ibidẽ ad Hæbr. 2. Nõ Angelis subiecit Deus orbẽ terræ futurum, de quo testatus est Dauid. omnia subijecisti sub pedibus eius &c. Vbi quis nõ videt terrã, & tẽporalia subijci Christo incarnato, & mortuo? Quæ cũ ipse nõ assumpserit, ꝓrsus intelligi pebet de successoribus Regni eius; sicut etiã dictum fuit ad Dauid futurum in suis successoribus, & præfigurauit Christũ ad vnguẽ. Deinde subiungit Apostolus. Nunc autem nè dum videmus omnia subiecta ei &c. Ergò expectabat Apost. subiectionẽ omniũ nationũ. Et hoc ità se habere Apost. Hęb. 2. & 1. Cor. 15. demõstrat ex testimonio etiã Dauidis, dicẽs, quod Christus ascẽdẽs in Cęlũ sedet à dextris Dei, donec ponat omnes inimicos suos scabellũ pedũ suorũ &c. Hi sũt Reges, Prĩcipes, & Iudices mũdi, qui fremuerũt, & meditati sunt inania aduersus Christũ, vt dicitur in Psalmo 2. & exponitur à D. Petro in actibus Apostolicis, Et postea subijcit ipse Dauid de Christo; quod Reget eos in virga ferrea, idest, & gladio temporali, vti nunc facit in Ecclesia Syon post vbi Rex cõstitutus prædicauit præceptũ Domini. Ergò etiã omnes paulatim cõuertẽdę sũt gẽtes, & termini terræ ad fidẽ hanc, & cũ prædicatũ fuerit Euãgeliũ in toto mũdo, omnes erũt subditi Ecclesiæ Christi, & tũc sequetur iudiciũ vniuersale post præãbolũ pacis: quod cõflabit gladios in vomeres &c. Sed interim sedet à dextis Dei, donec ponat omnes scabellũ pedũ suorũ, idest, humanitatis; quæ notatur in pedibus, nè dũ diuinitatis, quæ notatur in capite, teste D. Ber. in Cant. Deindè verò exurget ad Iudiciũ sicut ꝓbat idẽ Apost. 1. Corint. 15. deinde finis cum euacuauerit omnes Principatus, & Potestates. Id quod nõ intelligitur tantùm de Principatibus cœlestibus, vt quidam volunt allegorice, sed etiam de temporalibus historicè iuxta Psalm. 71. Omnes Reges terræ, & omnes gentes seruiẽt ei, & subdit Apost. Opportet autẽ illũ regnare donec ponat inimicos sub pedibus suis; dicẽdo omnia, nihil nõ subiectũ dimisit &c. Quomodò poterat Hab. 2. Cor. 15.

Aposto-

Apostolus clariùs ostēdere dominiū temporale, & spirituale super omnes gentes, & Principatus humanos in Christo, nunc regnante in Cælo, & in sua Ecclesia, in terris hoc operante, & per Vicarium regnante?

XVIIII. Præterea in 2. Psalm. mirificè id comprobat Dauid, dicens in persona Messiæ sui successoris: Ego constitutus sum Rex ab eo super Syon montem
„ Sanctum eius prædicans præceptum eius &c. Et ne quis putaret, quod huiusmodi Regnum esset solummodo spirituale ad prædicandum, non autem in potentia
„ me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos Terræ &c. vbi palam loquitur de Regno terreno, & temporali ipsius Ecclesiæ, quod in Christo non satis apparuerit, in membris eius completur. Præterea ad-
„ dit Psaltes ibidem, & Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos &c. vbi palàm datur Messiæ ferreus gladius materialis ad regendum acquisitum imperium per mortem, & prædicationem absq; armis; vt dicebat Isaias. Ergò gladius Caroli magni, & Constantini, & Hispanorū, qui tamquam vas figuli confringunt gentilitatem, & inimicos Ecclesiæ, est gladius Christi. A quo debent, eiusq; à Vicario acceptum agnoscere.

XX. Item Psalm. 96. quem Apost. ad Hæbr. 1. exponit de primo Christi adventu; inquiens: Cum introducit primogenitum in orbem terræ dicit: Adorēt eum omnes Angeli eius &c. manifestè ostendit hanc super omnes Gentiles victoriam Christi per manus Principum Ecclesiæ suæ. Quin, & arma à christicolis inuenta, vulgò dicta Archibugia, nè dum gladium præconizat dicens: Dominus regnabit, exultet Terra, lætentur Insulæ multæ &c (Insulæ sunt regiones alterius Hæmisphærij à nostro insulati), & ait: Ignis ante ipsum præcedet, & in flammabit in circuitu inimicos eius &c. Et fanè cum non domaretur per solam prædicationem verbi gens Barbara noui orbis; proprij generis inimica, carnibus vescens humanis, vtilis erat ignis Bombardæ, ad quem forsan alludum cum subditur. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ. & hic est typus Iudicij vniuersalis, sicut introitus Iosuè in Palestinam in gladio Dei, vt sæpè Chrysostom. & Gregor. monent.

Item Amos 9. ait Deus: Reædificabo Tabernaculum Dauid, sicut à diebus antiquis &c. & erit Idumea possessio eius, & omnes nationes, eo quòd inuocatum est nomen meum super eos &c.

R.° Contrà Solis Argumentum. Hic palàm fit Solum, & socios falli, dum aiunt, Regnum Dauid cessauisse prorsus in Sedechia, & in Machabeis leuitis Ducatum permansisse, & defuisse sub Herode, ac proinde Christum non esse hæredem illius Regni Dauidici iam euersi, & antiquati. Et dato quod esset tunc tantummodo Rex, esset super 12 tribus Israël, & non alibi gentium

R.° Probatio prima quod regnū Dauid non cessauit ut nō esset sed ut in Messia melius refurgeret, & de particulari, & seculari fieret etiā Sacerdotale, & vniuersale.

Ego autem dico, quod quamuis terminatum fuisset Dauidis Regnum, vt ipse ait; nihilominus promissum est Regnum Dauidi in 3. lib. Reg. & in Psalm. præsertim 88. tanquam in æternum duraturum, quantum durabit, & mundus: Et thronus eius, ait, sicut dies Cœli. Et quod de Regno particulari super solam Iudæam effecturus esset illud Deus vniuersale super totum mundum. Ait enim Psalm. 71. Adorabunt eum omnes Reges Terræ; omnes gentes seruient ei. Et quod licet propter peccata successorum Dauidis perdendum sit Regnum, vel-
„ luti in Sedechia perditum est: Nihilominus ipse Deus resuscitaturus esset illud longè melius: ideſt, de particulari, & Regio faciendo etiam vniuersale, & Sacerdotale. Ait enim Psalm. 88. Si derelinquerint fil. j eius legem meam &c.
„ Visitabo in virga iniquitates eorum &c. sed misericordiam meam non dispergam
„ abeis &c. neque prophanabo pactum meum &c. semel iurauì in Sancto meo si
„ Dauid mentiar; semen eius in æternum manebit; & Thronus eius sicut sol in
„ conspectu meo &c. Hoc idem dixit ad Ierem c. 33 Non potui equidem semen
„ Iacob, & Dauid proijcere, vt non assumam de semine eius Principes. Igitur benè concordat Amos dicens: Reædificabo tabernaculum Dauid, sicut in diebus antiquis

antiquis &c. Ideſt, tum poteſtate Regiâ, & temporali, ſic enim erat in diebus antiquis; & non modò ſuper duodecim tribus, vt dicit Sotus. Sed (ait) erit, vt poſſideat reliquias Idumeę, & omnes nationes &c. & Dauid Pſalm. 17. inquit. Conſtitues me in caput gentium &c. Ergò non modo Spirituale; nec tantum ſuper duodecim tribus promictitur Regnũ Dauidi in Meſſia ſuſcitandum. Et Pſalm. 71. ſubiũgit. Dominabitur à mari vſque ad mare; & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarũm. Idem habes in Pſalm. 2.

VII. Et Hieremias ait; quod Deus Regnum Dauidis licet mortuum in Sedechia, ſuſcitabit in Chriſto ſic: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germen Iuſtum, & Regnabit Rex, & Sapiens erit; & faciet Iudicium, & Iuſtitiam in terra. Hoc ergò intelligitur de Iuſtitia in terra, quam facit Eccleſia, Regnum Meſſiæ, & Rex eius myſticus Dauid, ideſt Papa. Chriſtus enim non vſus eſt tribunali ſic manifeſto, vt totam hanc prophetiam ſuo tempore impleat, quæ de Iuſtitia diuturna loquitur: ſed ſuis ſucceſſoribus illud mandauit, vt apparet ex Apoſt. 1. Corint. 6. An, neceſtis quia Angelos Iudicabimus; quanto magis ſæcularia?

VIII. Ezechiel. etiam cap. 34. ait: Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcet eos, ſeruum meum Dauid, qui paſcet eas; & erit illis in paſtorem. Ego vero eis in Deum; Et ſeruus meus Dauid Princeps in medio eorum &c. Ecce hic Dauidem reſuſcitatum Principem, & paſtorem abſq; diminutione poteſtatis, quam habebat, ſed cum augumento.

Et notanter vocatur in hac prophetia non abſq; miſterio Paſtor, & Princeps, vt notetur Spirituale, & temporale Dominium. Nam licet Reges vocentur Paſtores populorum ab Homero (quod valdè placet Platoni, Chryſoſtomo, & Bernardo, propterea, quod eò ſapientior populis debet eſſe Rex, quo paſtor eſt Ouibus) Et paſcere ſit idem quod regere in lingua Græca; nihilominus nomen Paſtoris ſemper magis conuenire viſum eſt ſpirituali, Principis vero temporali Domino; quod etiam notauit Turrecremenſis contra ſeipſum hunc locum non perlegendo. Nam Papæ dat Dominium Spirituale, & nõ tẽporale niſi paſtorale, & nõ Monarchicũ vt ipſe dicit. Et tamẽ Ezechiel vocat Chriſtũ Paſtorẽ, & Principem. Et Chriſto dictũ eſt in hoc loco: Paſce &c. & ipſe ad Petrũ; Paſce oues meas, & in Pſalm. 2. ad Chriſtũ in Petro: Reges eos in virga ferrea, tãquã ſpiritualis, & tẽporalis Dominus. Idẽ replicat Ezechiel 34. Seruus meus Dauid Rex erit ſuper eos, & Paſtor, vnus omniũ &c. vbi Chriſtus (declaratur paſtor; & Rex & Princeps, ſicut in Iſaiæ 55. vocatur Dux, & præceptor gentiũ ipſe Dauid reſuſcitatus. Et Chriſtus hoc acceptat. Vos me vocatis magiſter, & Domine, & bene dicitis: ſũ etenĩ. Et ſequitur Ezechiel. Et habitabũt ſup terrã, quã dedi Iacob &c. vbi apparet Regnũ in terra: Ergò tẽporale perenne, nẽ dũ Spirituale. Sed hic tota terra intelligitur data Iacob nõ modo Paleſtina in Meſſia, ſed teſte Dauid in Pſalm. 71. Dominabitur à mari vſq; ad mare &c. Et addit Ezechiel, Percutiam cum illis fœdus pacis, & pactum ſempiternũ, & tabernaculum meum in eis &c. & hæc eſt Eccleſia duratura vſque ad Iudicium, tũm vtraque poteſtate ſecundum pactum &c.

VIIII. Sed etiam Oſeas 3. clarius cuertit hanc opinionem, Quæ tulerit Chriſto Regnũ Dauid tẽporale, propter hoc quòd iam ceſſauerat ante ipſum. Nã oſtendit Oſeas, quòd perdendũ erat p tẽpus multũ; & poſtea reficiendũ, ità dicens. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, ſine Principe, ſine Sacrificio, ſine Altari ſine Ephod, & ſine Seraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum &c. Hoc autem videmus adimplerum in Chriſto in eius Eccleſia; niſi velimus expectare nouum Meſſiam, ſicut perfidi Hæbrei. Et profectò facilius eſt, vt obſtinati permaneant Hæbrei, dum in omnibus Prophætis Meſſias prædicatur Dominus in temporalibus, & ſpiritualibus: Nos autem facimus eum Dominum ſolùm in ſpiritualibus; nec docere nouimus Hæbreos, quod Regnum Meſſiæ eſt hoc, quod Chriſtus ſuus

dauit in Ecclesia cum vtraq; potestate? Et quòd paulatim in vtraque procedens dominium totius orbis adsciscit sibi. Sed hoc obnubilatur propter ambitionem Principum, & adulationem Theologorum venundatorum dimidiantium Petri potestatem.

XI. Item Zacchárias, qui cap. 12. prophetauit ruinam Hierusalem, quæ tempore suo reædificabatur; etiam prædicit renouationem Regni Dauidici futuri, ne credamus illam de qua loquitur Oseas, factam esse prorsus in Zorobabel, quando prædicabat Zacchárias, & ait: Et saluabit Dominus tabernacula Iudæ sicut in principio &c. Ergò habet potestatem (inquam) sicut in principio. Et quod sequitur de Dauid.

Et in c. 14. Erit Dominus Rex super omnem terram in die illa dominus vnus & nomen eius vnum.

XII. Item Isaias 15. Prochetat. Regnum temporale, & spirituale Dauid, in Ecclesia cum nouo testamento. Vbi ait Deus: Feriam vobiscum pactum sempiternum: misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum; ducem, & præceptorem gentibus &c. Vbi vides, Ducem; & præceptorem, ideſt temporalem Dominum esse Dauid in Christo, sicut dixerat ipse in Psalm. 17. Constitues me in caput gentium; & prius rogauerat. Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt. Et Christus hoc acceptat sic: Vos me vocatis magistrum, & Domine &c. Hoc pactum sempiternum, & misericordiæ Dauid fideles sunt illæ, quę in Psalm. 88. habentur. Misericordias Domini in æternũ cantabo: Vbi narratur pactũ Dei cum Dauid. Quod in æternum regnaturus erat Princeps de stirpe sua. Et tronus eius sicut dies Cæli &c. Misericordiam meam non dispergam abeo (sicut à Saul, qui non meruit fidelis misericordias;) Neque prophanabo testamentum meum, &c. Deinde quæritur dauid in eodem Psalmo, quòd pactum Dei non seruabatur. Quoniã Thronus eius defecit in Sedechia vltimo Rege de semine Dauid, Sic dicens: Tu verò repulisti, & distulisti Christum tuum. Euertisti testamentum serui tui. &c. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine; quibus iurasti Dauid in veritate tua? Et sequitur conquesti, quod gentes exprobauerunt commutationem Christi sui, quasi dicens extinctum esse Christum Dauidicum, & inthronizatum esse Herodem Ascalonitam, & alios, non de stirpe Dauid, & post lamentabilem hanc orationem, quasi certam habens fiduciam quod fuerit exaudita, vt restituatur sceptrum domui suæ, sceptrum temporale, & simul Sacerdotale, concludit Psaltes: Benedictus dominus in æternum, fiat, fiat &c. Ex quo apparet stante firmitate pacti diuini; sicut etiam dixit ad Hieremiam, quod pactum Dei ad Dauid erit sicut pactum inter Diem, & noctem, qui non cessabunt vsque ad finem mundi. Apparet (in quam) euidentissimè resuscitatum esse Regnum Dauid in Christo & ideo etiam dicitur Hierem. 3. Non dominabuntur ei amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo; Dauid Regi suo, quem suscitabo eis.

XIII. Præterea verba Angeli ad B. Virginem Luc. 1. Ostendunt hoc ipsum manifestè factum. Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis: Vbi palàm iste Dauid resuscitatus in Christo, assumit denuò sceptrum, & sedem paternam, quæ fuerat solùm temporalis. Vnde si Christi sedes esset tantum spiritualis, videretur prophetia esse falsa: quoniam non esset Regnum Dauid, sed solummodò sacerdotium, quod in Dauid non fuit. Sed cum sit etiam Dauidi promissum Sacerdotium Melchisedechi cum Regium in resurrectione Regni sui, vt suprà dictum est, & probat Apost. Hebr. 7. Manifestè concordant omnes Prophetæ, & augmentum vtriusq; regni: Et quidem dicit, in æternũ. Sed clarum est Cœlum non fuisse sedem Dauid, qui regnauit in sede solum terrena: Ergò hoc sedere in æternum in sede Dauid, est regnare donec durat mundus cum omni potestate. Historicè loquendo, & ideo dixit Hieremias: Faciet Iudicium; & Iustitiam in terra.

Hæbreor-

Hæbreorum plures scripserunt, hanc Angeli promissionem esse falsam, quoniam Christus nunquam regnauit in sede Dauid. Nec video posse dari illis tam competens responsũ, & efficax, & cui acquiescatur, nisi quòd Ecclesia est domus Iacob; & Pontificatus Regius est dominium Dauid mystici, Regis, & Sacerdotis, & temporalis, & spiritualis, vt patet. *Confirmatio à necessario*

XIIII. Quod autẽ hoc sit verum etiam pueri Deo pleni docuerunt canentes (quando intrauit Iesus in Ierusalem cum illo Regio apparatu super asina, quem prædixit Zacharias de Messia) Benedictus quia venit Regnum patris nostri Dauid &c. Et Christus laudauit pueros contra Phariseos murmurantes de hoc testimonio puerorum dicens. Si tacebunt hi, lapides clamabunt. An non legistis, De ore infantium &c. Ergò Christus acceptauit Regnum Dauidicum in eis, qui eum receperunt; non autem in eis, qui ipsum non recipiebant, quoniam non per vim acquisiturus venerat illud, sed per eius redemptionẽ, negotiumq; mirificum. *Mar. 9. Luc. 20.*

XV. Item Isaias ait: Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt corroboret illud amodò, & vsq; in sempiternum. Hoc autem impletur eo quod passim corroborauit illud semper magis ac magis suo in Vicario; manens tamen nobiscum in spiritu vsque ad consumationem seculi; vti promisit matth. vlt: & mox clarius reuellabuntur, quod dixit Tobias cap. 14. Gaudebunt in ea omnes Reges terræ adorantes Regem Israel.

XVI. Nec vllibi vnquã videmus in scripturis Regnum Messiæ truncari, vt sit solum in spiritualibus, sed semper omnes potestates illi tribuuntur, vt patet super omnes nationes in Amos; & amari vsq; ad mare in Psal. 71. Ergò violentia est asserere, quòd iste Dauid solum regnet in Spiritualibus, dum resurgit cum ea potestate, quam habebat, & cum ea quam non habebat in illo populo, in quo habebat: & in omnibus nationibus in quibus non habebat, vt ex dictis patuit.

Tandèm in Apocalypsi datur Ecclesiæ Regnum, & Sacerdotium, vt ibi canitur: Lauisti nos in sanguine tuo: & fecisti nos Deo nostro Regnũ, & Sacerdotes. Quid clariùs? & Apostulus Petrus vocat ipsũ populũ Christianũ Sacerdotium regale: ergo &c.

Et hoc probat D. Thomas, de Iure naturali; positiuo, & Diuino in opusc. vigesimo, & qui repugnat D. Thomæ in hoc, repugnat Sacræ scripturæ toti, et omnino.

✠

✠ ✠

✠

Christum non modò spiritualem, sed etiam materialem gladium reliquisse in Regno suo. Et Papatum in utroque fortificari, & omnes Christianos, à Christo gladium materiale agnoscere debere.

Caput Decimum.

Conclusio ex prædictis.

EX his assero contrà eos, qui gladium materialem Ecclesiæ negant, Christo, quatenus Deo, & homini simul, iure æterno, & nulli, & postea iure redemptionis, conuenire vtrumq; potestatem, vt probatum est. Ergò & vtrumq; gladium. De spirituale nemo dubitat? De materiali verò eadem sic probatur.

Prima ratio quod gladius mālis est in Ecclesia.

Christus est legislator perfectus omniū gentiū. Ad legē autē duę virtutes requiruntur, prima directiua scilicet quæ populo suadeatur lex, & doctrina, & causa; & vtilitas eius, vt Plato in Dialogis de legibus in singulis faciendum docet: & Moyses, & omnes, qui leges tulerunt: Secūda coercitiua, per quā populus obligatur ad obseruātiam legis, & transgressores puniuntur, vt docet Arist. in x. Ethic. & Papinianus. in l. prima de legib. & Sotus de iust. & iur. libr. q. 1. ar. 3. alioquin non esset vera lex; sed quasi præceptum philosophicum, non potens cogere. At verò non omnes homines coercitio sistunt per timorem inferni, & gladij spiritualis; sed quicumq; pessimi hanc pœnam irridet. Ergò requiritur gladius etiam materialis, alioquin lex Christi esset sicut lex Platonis persuasiua rone tantum, & Inferorum metu: nam etiam metum hunc Plato apponit. Ergò Christus esset diminutus, insufficiens, & non auctorizatus legislator. Et perditissimus quisque extrà legem esset; & pericre bonos, & legem suo arbitratu posset; & malis tātum, & non probis præcipere esset. Christianæ politiæ dum illis malefacere impunè, istis pati absq; remedio conuenire.

Secūda rō analeg. Medic.

II. Verum est quod Christus ratio prima rerum omnium, venerit ad faciendum hominē, qui à ratione deficunt, (vt Chrysost. inquit) rationales integrè; Idcircò enim sedet intrans Regnum super Asinam irrationalē animal iuxtà eius interpretationem; sed eis, qui obstinatè volunt esse adhuc bestię conuenit baculus: ne quid remediorū desit sapienti medico. Nam, quos non curat pharmacum, (ait Hippocr. 7o aphor.) curat ferrum; quos non curat ferrum, curat ignis. Et quoniam vt ait S. Aug. super Ioan. de Christo: Magnus de Cælo venit medicus, quia magnus in terrā iacebat Aegrotus. Et Plato legislatorē vocat medicum animorum. Idcircò ecclesia in virtute Christi sui, vtitur ferro, & inge contra Hæreticos, & scysmaticos, non ad vindictam, vt Principes laryci olim, sed pro medicamine cōtra morbos extremos, & incurabiles: vbi gladius spiritualis, & monitiones non prosunt, & sic interpretandi sunt Doctores sancti, vbi negant vsum gladij, hoc est ad superbiam, & vindictam, & auaritiā, & ambitionem dilatandam, vel ad cogendum infideles nondum conuersos ad Euangelium per vim: nam fides est his suadenda, non imperanda, teste Bern: sed nemo sanctorum negat vsum gladij prò medicina post acceptam fidē. Taceat infelix Erasmus.

2. ex aut. Dauid.

III. Idem probatur in 2. Psalmo. Ego constitutus sum (ait Christus) Rex ab eo super Syon monte sanctum eius, prædicans præceptū eius (ecce virtutem directiuā) & addit. Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. & Reges eos in virga ferrea, &c. (Ecce hic virtutē coercitiuam, & gladiē ferreū materialē) &c.

IIII. Noe, Melchisedech, Adam, Abraham, Moyses, Samuel, Dauid, Iudas Machabeus, habuerunt omnes gladium materialem. Christus autem non est minor illis, cum figuratum semper sit maius, quàm figura: Ergò multò magis, multoq; certiùs, quàm illi gladium eiusmodi habet. *4. ex hist. figuraq;*

V. Christus est rex, & Princeps, & Dauid resuscitatus, vt in cap. precedenti probatum est; ergò &c. *5. ex eo quod. Rex*

VI. In consequens assertio videtur, quòd Papa acceperit gladium à Principibus laycis, & non à Christo, qui dedit gladium laycis. Ergò multò magis dederit Papæ oportet in ea illimitata auctoritate: Pasce oues meas, & rege; quippe cum ad regendum optimè, omnes dictæ potestates requirantur. *6. ex ordine potestatum*

Sed hic notandum, quidquid Principes dant Ecclesiæ, prius fuisse Christi, à quo acceperunt. Ergò non dant, sed ponunt in communi, quod habebant in particulari. Qui enim dat, priuat se data re; At omnes dunatores possunt esse clerici, & re data frui. Ergò dant vsum de facto ipsi Papæ, & non auctoritatem de iure. Vel potiùs cedunt, vt alibi demonstrauimus, & sic fecit Constantinus. Vti bene August. Triumphus interpretatur in lib. de Potestate Papæ, & D. Tho. 3. de Regim. Principum. *Nota Dadre aliquid Ecclesiæ, est ponere in communi propriũ uel restituere pri ac Christo domino à quò accepimus.*

VII. Micheas cap. 5. loquens de Messia videtur palàm dicere, quòd dabit Ecclesiæ gladium, & lanceam materialem. Et tu effrata Bethleem parvulus est in millibus Iuda: ex tè mihi egredietur, qui sit dominator in Israel &c. Et stabit, & pascet in fortitudine Domini; & sublimitate Domini Dei sui, & conuertentur; quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ &c. (hoc est Regnum Ecclesiæ per totum mundum) & sequitur. Et suscitabo septem pastores, & octò primates super eum (idest super populum gentilem,) & pascet terram Assur in gladio, & terram Nembroth in lanceis &c. Ergò & gladium, & lanceam contrà Turcam, mysticum Assur, & contrà gentes infideles. Pastoribus Ecclesiasticis dedit Christus, in cuius virtute etiam ipsi authorizant, & armant Principes defensores populi Dei; & nõ authorizantur ab illis, vt insulsi loquũtur. *ex Mich.*

VIII. Idem prædixit Balaam Num. 24. Exurget virga ex Israel, & confinget duces Moab, & vastabit omnes filios Seth &c. Quæ verba in alijs Prophetis, de bellis Messiæ interpretantur in gladio materiali. *Ex Balaam.*

VIIII. Item Iosue fuit manifesta figura Christi, & occidit Reges plurimos, vt introduceret Ecclesiã in Terram Canaam. Quod autem fuit Hebreis figura in illa prouincia, nobis est figuratum in toto mundo. Ergò gladius non deest Christo & suis. Et quãuis fides per amorem introducatur, defensio tamen fidelium, & punitio Apostatarum, non potest fieri absq; gladio. Ergò non mendicamus illum sed habemus: Ecce gladij duo hic dixit Petrus; & mitte gladium tuum, non alienum, in vaginam &c. Christus. *Ex Iosue.*

X. Item Isaias .... post gladium spiritualem, quo interficiet impium narrat quædam bella corporalia ipsius Messiæ; nec est Propheta, qui idem non præconizzet. Ergò bella Christianorum fiunt in gladio Messiæ, & de his bellis interpretando dicta Prophetarum, suauiùs satisfacimus argumentis Hebreorum. *Ex Isaia.*

XI. Item Micheas in 4. ait ad Ecclesiã. Surge tritura filia syõ, quia Cornu tuũ ponã ferreũ, & vngulas tuas ponam æreas; & comminues populos multos interficies rapinas eorũ, fortitudinẽ eorũ Domino vniuersæ Terræ &c. Ecce hic cornu ferreũ, & vnglas æreas, idest potestatẽ gladij materialis, & vsus omnium armorum manifestissimè. *Ex eod. Mich.*

XII. Sicut Dauid etiã prædixit, Exaltabitur sicut vnicornus cornu meũ. Et senectus mea in misericordia vberi. Quod exponunt omnes de tempore Messiæ. Quod autẽ est Brutis vngula, & cornu; est homini gladius, lancea, pugio, vt patet ea Philosophia apud Arist. & Platonem, & Stoicos, & cunctas sectas. *Ex Dauid.*

XIII. Itẽ ad eumdẽ Messiã dicit Daduid Psal. 44 (Accingere gladio tuo super femur tuũ potẽtissime &c. procede, & Regna &c.) dũ canit epithalamiũ Ecclesiæ, & dotes quas habet à Christo. Profectò siquis dicat hæc loqui de gladio spirit. in sẽsu *ex eodem Psal. 44.*

historico

historico videtur torquere textum ; nã sequitur de materiali, nec potest negari proprietas vocabuli historica, nisi repugnet facto, vel sensui in exponendis scripturis, vti docet Augustinus. 1. de Doct. Christ. & omnes Patres. Sed hic videtur propriè respexisse spiritus ad excludendas has gloſſas Theologorum, quando dicit, (super femur tuum) Clarum est enim, quod gladius Spiritualis non accingitur super femur, sed exit ab ore, sicut apparet in Apocalyps. Estq; benedictio & maledictio auctorizata à Sacerdote, quę procedit ab ore, vt dicit etiam Apoſtolus Iacobus in ſua Epiſtola.

Ps. Pſal. 149. XIIII. Item in penultimo Pſalmo prophetauit Dauid de Regno Sanctorum, quod est Ecclesia, & ait : Exultabunt Sancti in gloria : &c. Exaltationes Dei in guttere eorum, & gladij ancipites in manibus eorum; Ad faciendum vindictã in nationibus, & increpationes in populis : Ad alligandos Reges eorum in cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis &c. Hoc autem nõ tam commodè exponitur de die Iudicij quod subitò forte transit, quamvis de illo forte anagogicè intelligatur ; sed de tempore Ecclesiæ. Ex quibus verbis ecthuincitur, qui negat gladium Ecclesiæ esse minus legitimus (ne pejus dicam) neque intelligens Prophetias Prophetarum, & Regni Messiæ. Ergò bella Christianorum, quæ gladio Messiæ efficiuntur iuxta dictum Psalm. ab eo agnoscenda sunt. Idcirco Imperator gladium accipit ab altare.

Matt. 28. In verbis Domini XV. Item post resurrectionem, quando dixit etiam : Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in Terra: vbi ly omnis, & ly In terra. potestatem gladij materialis necessariò includit : Videtur etiam à Iohan. in Apoc. cum gladio vtraq; parte acuto, hoc est spirituali, & temporali, alioquin superflue apposuisset vtraque parte acutus.

Luc. 22. ex eiſdem XVI. Item Christus dixit insuper, quod tempore persecutionis qui non habet gladium, vendat tunicam suam, & emat gladium &c. & Sanctus Petrus respondit (ecce gladii duo hic) sicut Princeps omnium : & Christus addidit : Sufficit : Nec reprehendit eum, quod gestaret gladium. Et existimare licet, quod non illa tantum vice, sed quasi semper Petrus gestabat gladium, & Acinaces piscatoribus consuetos : nam, & auriculam Malchi illo amputauit. Nec vnquam Christus dixit nè portaret gladium, sed mitte gladium tuum in Vaginã. Vbi dicendo, Tuum, clarum fit, quòd Petrus habebat gladium proprium, vti exponit S. Bernardus ad Eugenium. Et ratio Christi erat, non quia interdixit gladium, sed quia mori debebat, & nolebat suam passionem impedire; vnde sequitur : Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? &c. Et alius Euangelista dicit hanc rationem. Quia quicumque acceperint gladium gladio peribunt &c. significando quòd non debet exercere gladius absque ratione, nec vbi non prodest. Quoniam Petrus irreuens contrà tantam multitudinem, facilè poterat occidi ab eis. At bellum iustum non debet suscipi, nisi cum sufficientibus viribus ad puniendos reos ; vt docet D. Thomas 2. 2. Idcò Iudex plures sattellites mittit contrà hominem vnum :

Resp. ad Erasmum Caluinum & Ferè Hic nota quod Erasmus, & Caluinus, & Iohannes Ferus, abutuntur verbis Origenis, & Ambrosij, & Chrisostomi, ad probandum, quòd non licet Christianis militare. Nam cum dixit Christus qui non habet gladium, emat ; intelligendum esse allegoricè dicunt, & pessimè intelligi literaliter ; sed incontrarijs sunt, Augustinus lib. 22. contrà Faust. & Bernard. ad Eugen. (citatus trunc atim à Caluino), & in ſerm. ad milites templi. Et D. Gregor. Theophrast. & D. Thom : Hugo, & omnes Patres ; quin iuxta gloſam Bedæ, & Ambrosij, Christus iubet emi gladium, vt ostendat sibi non deesse potestatem resistendi, ſed voluntatem adesse moriendi ; & concordant Hugoni omnes Patres, quòd verbum Christi ad literam intelligitur, quod Christus cõcesserit gladiũ Apoſtolis, ſed non pro tempore illo, ſed pro ſeminatam fidem. Et ità Origenes recte dicit pessimum fuisse, si seminasset Euangelium in gladij viribus.

sicut

sicut Macchabeus, & Caluinus fecerunt. Ego autem glosas in eisdem patribus vidi, quòd vtendum sit gladio pro medicinâ, non in acquisitione, sed in regimine Regni iam acquisiti per verbum Dei, ad defensionem &c. Et sicut dixi superius. *Distinctio opportuna*

XVII. Item D. Thom. de Regim. Princ. probat de Iure naturali, & diuino, & positiuo, Papam habere super omnes Reges potestatem in spiritualibus, & temporalibus. Et Papa Bonifac. VIII. in extrauag. Vnam Sanctam; agnoscit vtrumq; gladium in Ecclesia, & S. Bernard. ibidem allegatus; & quicumq; agnoscunt Christum esse Messiam, & Dauidem, qui dicit in Psalm. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. &c. *Ex D. Thom.* *Ex Papa Bonif. 8.* *Ex Bern.*

XVIII. S. Augustin. contrà donatistas approbat vsum gladij, quamuis prius contrariæ fuisset opinionis, vt ipse ait, & ad Marcel. & ad Boni. Comitem adducit exemplũ Moysi, & Dauidis, & Iudæ, & Samuelis, vtẽtium vtroq; gladio; & de testamento nouo exemplum S. Ioannis Baptistæ, qui militibus rogantibus, quid sib faciendum pro vita æterna, non prohibuit militiam, sed calumniam, & percussiones, & auaritiam. Et Christus Centurioni afferenti exemplum de obedientia militum erga se, non prohibuit militiam, quandò ipsum ad fidem traxit. Et tandèm vt medicinam pacis, bellum, & gladium, contrà turbatores, agnoscit Augustinus. *Ex Aug.*

XIX. Item Ecclesia in Apocalypsi ait: Fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes. Ergò gladius, & Regnum, temporale, & spirituale sunt à Christo incarnato, redimente nos in sanguine suo, & faciente Regnum, & Sacerdotes. Ergò non solum est à Christo per legem naturæ, vt ait Sotus, sed per ius redemptionis etiàm. Veruntamèn post bella multa, gladij vertentur in vomeres, quando totus mundus erit Christianus, vti fit paulatim. Hæc autem melius patebunt in sequentibus responsionibus. *Ex Apocal.*

✠

Responsiones ad Argumenta principaliter facta contra duo precedentia Capitula.

Caput Vndecimum.

ANTE quam fundemus Dominium Pontificium, & laycum, respondendum est ad argumenta eorum, qui negãt in Christo dominium temporale, & gladium materialem.

I. Ad primum dico, quòd Christus venit tamquam redemptor in forma serui, & non Domini. Sed hoc est etiãm temporale Dominium. Nam Redemptori competit eius rei, quæ sua erat, dominium, quacumq; redemit ratione noua. Ipse autem redemit animas, & corpora, & bona exteriora illis annexa; cùm quia fecit, & docuit, ve illis vteremur sine peccato; tùm quia restauravit nobis ius perditum in perditione Iustitiæ Originalis. Ergò est Dominus animorum, & corporum, & bonorum iure redemptionis, multò magis, quàm antè. Et
ii quando dixit: Non veni ministrari, sed ministrare; docuit Apostolos, & consequenter omnes Principes, quod potestas secundùm naturam nobis, qui à Deo habemus illam super res, à Deo, non à nobis creatas, est seruitus quędam; & ministrare Reipublicæ propter Deum, & non dominari propter propriam commoditatem, sicuti docuimus in primo cap. sicut faciebant Principes Gentiles
„ de quibus ait: Reges gentium dominantur eorum; vos autem non sic. Ergò debet Princeps regere, & non dominari; Deus enim solus est Dominus propter se. Hoc autem regere est labor; & seruitus. Dei enim ministri sunt in hoc; teste Apostolo, & ministri Ecclesiæ. Idcircò etiam Episcopatus qui est dignitas major, quàm quæcumq; layca dominatio, vocatur labor ad Apostolos sic. Qui
„ Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Quapropter seruilens Papa totĩ Ecclesiæ, se dicit Seruũ SeruorũDei, & Imperator seruũ EcclesiæDei. Vt ergò Christus præberet exemplum, quomodo regnandum erit, & non dominandum (quod etiam Petrus epist. 1. dixit ad Episcopos, non quasi Dominantes in Cleris) dicebat, se ministrum, & non dominum. Sed tamèn acceptauit pòstea domi-
Iohan. 13. „ nium, & magisterium dicens: Vos me vocatis magister, & domine; & bene
„ dicitis: sum etenim. Deinde verò declarauit, quod dominium Christianum debet esse sicut eius, qui ministrat. Nã dum seruiunt Ecclesiæ, seruiunt etiã Deo, qui dedit eis potestatem faciendi quęcumque opus sunt tali ministerio. Vbi nota differentiam inter Regnum Messiæ, & aliorum. Et D. Thom. ait cum Bernard. Indicitur Pontificibus ministratio, non Dominatio. Et ad hunc sensum Papa habet Dominium pastorale, nõ Monarchicũ, vt ait Turrecrẽ. Qui tamèn fallitur in eo, quod putat Monarchicum conuenire Regibus laycis; & peius ipse Sotus. Si enim Papa, qui est Christus, & Deus Deorum Terræ, est minister, multò magis Principes layci, debiliori iure creati. Profectò Plato, & Aristoteles, & Chrysostomus, & D. Thomas, & omnes Theologi, Tyrannos esse Principes docent, qui putant se dominos esse hominum, & propter se regere non propter illos, & qui sibi, & non Deo pascunt Populos, & hanc Tyrannidem Gentilium exclusit Christus etiam à laycis, vti Chrys. ibi monet, nisi velint ad huc esse Gentiles, & non Christiani. Porrò Mahomettani Principes dominantur ità, non Christiani.

Ad 2.

Ad Secundò. Dico quod Christus non acceptauit Regnum quod Turbę illę obtulerunt: Primò quoniam hoc illi erat in præiudicium; & Papis; & valdè inconuenientes, quod cum esset factus Rex à Deo patre, sicut scriptum est. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super &c. acceptaret ius Regni ab hominib? per electionem ordinariam. 2.° Quoniá illud Regnũ erat tumultuarium, & talis electio non erat facta cum prudentia, sed per gulam, & otij cupidinem: quoniam cum satiassent illo pane, miraculosè, existimarunt se habituros, si haberent Regem, qui absq; labore ipsorum daret illis manducare, & ipsi in ocio viuerent: quod etiam Christus declarauit dicens. Sequimini me, non propter signa, sed quia manducastis de panibus &c. Legatur benè contextus euangelicus, ante, & postea, & apparebit ità esse. Ergò non debuit acceptare. 3.° Ipse venit ad figillandum sanguine, ius fuit Dominij, & ad docendum Regnatores, vt Regnum acquirant per virtutem, & moriantur, vbi est opus, pro subditis. Bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis Idcircò noluit præoccupare Regnum oblatum à Turbis, eo modo. 4.° Daturus erat priùs legem gratiæ, & antiquaturus legem veterem. Hoc autem faciendum erat in passione, per quã acquisiuit nouo titulo Regnum temporale. Aeternum enim iam suum erat, vt Deus. At in quantum homo, necesse fuit illum pati, & ità intrare in gloriam suam; sicut ipse dixit; & sicut antea prophetauerat Isaias. Si tradiderit animã suam in mortẽ, videbit semen longeuum &c. & Dauid. ait Psalm. 17. Eripies me de contradictionibus populi, priùs; & postea, Constitues me in caput gentium. Ergò præiudicium erat Regno, & prophetiæ, si accepisset tunc oblatũ Regnum. 5.° Præterea iam vulgatum erat apud Hæbreos, quod Messias futurus erat Rex in temporalibus, & Spiritualibus; aut restituturus esset omnia Regno Dauids, & Israel, vti etiam Apost; & Samaritana; & mater filiorum Zebedei sciebant, licet circa modum, & tempus errarent, vt patet ex Euangelio. Ergò Christus non debuit acceptare Regnum à turbis, sed solùm facere, vt cognosceretur esse ille Messiã promissum. Nam ad hoc per oracula Diuina, & promissiones, sequebatur Regnum spirituale, & temporale. Igitur si acceptasset electionem ab eis, non fuisset verus Messias, neq; Rex à Deo, sed ab hominibus electus. Idcircò ipse semper exhortatus est eos, vt ex signis, & scripturis agnoscerent, quis ipse erat; et se fecit filiũ Dei, & allegauit auctoritates diuinas; inter quas sufficeret illa: Dixit Dominus Domino meo. Vbi Dauid Messiam filium suum, vocat dominum suum &c.

6.° Verum enimverò id etiam asserendum omninò est, quod si cum intrauit in Hierusalem triumphans super Asino, sicut Zacharias prophetarat, & pueri coronauerunt eum tamquam Messiam, & Dauidem Regem in eo resuscitatum: Vndè & dixerunt. Benedictus quia venit Regnum Patris nostri Dauid. Si tunc (inquãm) Principes, & Sacerdotes recepissent eum tamquãm Messiam, ipse quoq; non negasset tunc suum Regnum tamquam Messias Dei secundum scripturas, & nõ ab eis. Propterea enim, & plorauit super Ciuitatem, prævidés eius ruinã quoniã nõ cognouit Messiam, dicens. Quia si cognouisses, & tu Luc. 19. Et pridem prophetauit Hieremias hoc malũ Hierusalẽ, eo quòd non cognouerit tempus visitationis suæ. Et profectò non prætermisit IESVS actum neq; signum vllum, de Messia præconizzatum, quod ipse non faceret, aut non diceret, quod esset filius Dei promissus in lege, & Prophetis, vt sanaret eos à perfidia, vel excusationis non relinqueret ansam. Sed quantò magis se ipsum propalabat, eò magis Iudæi de hoc ipsum calumniabantur. Quin dum conquerentur Principes, & Sacerdotes, quia non reprehendebat pueros, qui vocabant ipsum Regem, & Messiam, & filium Dei, & Dauidis. Respondit IESVS, quod pueri dicebant veritatem, & ex testimonio Dauid hoc comprobans. An nõ legistis ex ore infantium &c. & addit: Si tacebunt illi, lapides clamabunt. Psalm. 8

Ergò hoc non satis aduertunt omnes scriptores, qui dicunt IESVM non acceptasse Regnum Messiæ temporale, vt habebat Dauid. Immò, in quã, assũ-

pit illud, & intrauit cum triumpho in Regiam Ciuitatem, & regnauit spiritua
aliter, & temporaliter in his, qui receperunt eum. & dedit eis potestatem filios
Dei fieri. Ideo ideo clamant Sancti in Ecclesia: Fecisti nos Deo nostro Regnum,
& Sacerdotes: Ecce ergo Pontificatum, & Regnum in Christo, & in Ecclesia.
Sed postea moriens confirmauit nouum testamentum, & accepit titulo Redem-
Matt. 28 Psal. 21 ptionis plenariam potestatem à Patre in Cœlo, & in terra, velut ipse ait; & hanc
legauit Petro.

Item mox vbi intrauit triumphans, & acceptauit Regnum, statim ascendit in
templum, & facto flagello de funiculis, eiecit vendentes, & ementes de tem-
plo, & nummularios. In quo actu satis ostendit vsum Regni quoque temporalis. Et quamvis Sotus dicat hunc esse actum Sacerdotij; melius dicunt Canonistæ esse actum Imperij temporalis. Nam re uera Sacerdoti conuenit solum per exhortationem, & persuasionem, & excommunicationem expellere; non autem vti flagello, & viribus corporalibus, & armis: hoc enim temporale est factum, commune omnibus Principibus Laycis. Et hic notatur vsus gladij ad purgandā Ecclesiam potius iure. Cumq; interrogaretur à Pontificibus, & Iudæis. In qua potestate hoc facis? Iesus attulit testimonium Ioannis Baptistæ, cui credere debebant, dicenti, quod Iesus erat Messias, ideoq; poterat hoc facere temporaliter, & spiritualiter.

Ad Tertium Dico, quod Iesus respondit Pilato, se Regem esse; sed non de hoc mundo: At quidem ex hoc nequaquam sequitur: Ergò non in temporalib'; Sed dicere voluit: Ego non sum factus Rex humano more, sed Diuino. Exquo sequitur, quod plus iuris habebat ad regnandum. Ergò debebat regnare in spiritualibus, & consequenter in temporalibus. Qui potest in maius potest in minus, aiunt Philosophi, & legistæ. Et D. Thom. in 3. de Regim Princ. hac ratione vtitur, immò et Apostolus. cor. 6. Si Angelos Iudicabimus, quanto magis ista sæcularia? Deinde Iesus subiunxit. Si Regnum meum esset de hoc mundo, ministri mei decertarent pro me, quasi dicat, quod ipse non veneret humano more ad faciendum se Regem per vim armorum, sed per meritum, & virtutes, redimendo nos proprio sanguine intrabat in Ius Dominij regalis; qd dixit post mortē. Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra. Porrò humani Principes si possent mori, & resurgere regnandi causa, vtiq; contenti essent emere regnum beneficio tam stupendo, quod captiuat animos, & consequitur corpora, animis subdita: Et consequenter bona exteriora eis seruientia. Sed hic modus fuit Christi solius proprius, qui Regnum non debebat armis capessere ordinario modo, & quidem omnes Principes optimi hoc modo facti sunt Reges sine vi, vt Dauid, Pompilius, Iudas Maccabeus, Samuel; per beneficia, & virtutes, in quo Messias superat omnes.

At Euangelium S. Iohannis melius explicat hoc dictum Christi dicens: Nunc autem Regnum meum non est hinc) Quasi dicit ostendens per ly Nunc, quod pro tunc nullam similitudinem Regnum suum habebat cum humanis Regnis, sed quod postea suum futurum erat quodlibet Regnum: Et hunc sensum clarius exposuit quando dixit: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum &c. Ergò in morte, sicuti prophetauit Isaias, meruit omnia ad se trahere.

Isab. 53

Sed etiam Apostol. inquit. quod Deus omnia subiecit sub pedibus eius; sed nec dum (ait) vidimus omnia subiecta ei, & quod expectabat totum mundum Christo subdi in vnam Ecclesiam, dum sedet à dextris Dei, donec ponat omnia scabellum pedum suorum, quia factus est (vt etiam alibi ait) caput omnis principatus, & potestatis.

Et S. Petrus ait, Prophetas præuidisse priores eius passiones, & posteriores glorias. Hę glorię posteriores non sunt solum Cælestes anagogicè, sed conspiciuntur (vt ait Bernard. ad milit. templi) etiam in Dominio Christi spirituali, & temporali in terra; & melius apparebunt cum euacuauerit omnes principatus, & potestates, vt scriptum est 1. Cor. 15. Quod intelligitur de terrestribus, nō

dum

dum Cælestibus; vt aliqui putant. Sed etiam ipse Apostolus ad Hebræos itidem hunc sensum declarat dicens: Non Angelis subiecit orbem terræ futurum; de quo testatus est quis dicens: omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei &c. Quare? Quia: Nunc autem Regnum meum non est hinc &c.

Ad Quartum Argumentum, in quo triumphat non nemo dicens: Quod Christus non vsus est, neque ante, neque post resurrectionem potestate temporali. Ergò non deberet Vicarius eius ipsa vti; Quodiam non est maior Christo. Resp. Primò Nunquid Princeps laycus, quia habet potestatem temporalem, est maior Christo? hoc vel de iure nemo concedit. At si conuenit tanta maioritas layco, cur non & Sacerdoti? Sed Bern. ad Eugen. hanc potestatem temporalem non agnouit in maioritate, sed in minoritate. Nam ideò dicit ad Papam, quod ipse habet gladium, & ius temporale, sed indignitatem esse, vt Apostolicus exerceat hæc vilia munera, nisi per manus laycorum. 2.° De hinc respondeo, Christum in sanguine suo acquisiuisse hanc potestatem; Et ideò non exercuit illam ante Resurrectionem ordinarie, nisi vbi intrauit triumphans vt Messias in Hierusalem, & vbi eiecit prophanos de templo in manu forti. 3.° Dico quod alius seruatur modus in acquisitione, & alius in conseruatione. Nam sanguine propriò, & sine armis Apostoli mundi Regnum acquisiuerunt. Sed postea necesse est armis defendere fideles, & impios extirpare, ne alios contaminent. 4.° Nec ex hoc sequitur, discipulos Christi non rectè habere dominium mundi, vel esse Christo maiores. Hęc enim non est maioritas supra Christum, sed Dominium ipsius Christi: quando ascendens in altum, captiuam duxit Captiuitatem, & dedit dona hominibus, ait Paulus: & inter dona est potestas, quam Ecclesiæ donauit omni sufficientia dotatâ, si ipse sufficiens fuit legislator. Idcirco in primo loco dedit Apostolos; secundò Euangelistas. 3.° Doctores 4.° gratiâ cuationum, & post hos, gubernationes, & opitulationes, idest Principatus temporales. 5.° Præterea Christus ipse dixit: Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet &c. & hoc planè vidimus, quòd S. Gregorius Taumaturgus mirabiliora patrauit, excepta resurrectione, & ascensione: & S. Hyacinthus resuscitauit mortuos 40. & alij sancti maiora miracula quam Christus fecerunt. Non tamen propterea sunt Christo maiores. Nam ea faciunt in virtute Christi, non autem propria; ità potestas gladij, & vsus in Vicariis Christi est à Christo, & in virtute Christi &c. Et in hoc relucet maior excellentia Christi, qui glorificatur in membris; quin etiam in vestimentis habuit virtutem faciendi miracula. Petrus autem etiam in Vmbra; sed in nomine Iesu. Item plurimi passi sunt tormenta plura, atrociora, & diuturniora quàm Christus; sed in virtute Christi, qui vincebat in illis, ait S. Augustinus in serm. de S. Vincentio. Quapropter consequentia nulla est. Consimiliter Christus viuens non misit Apostolos extrà Iudæam; postea verò mittit ad omnes gentes, quoniam processit ordinatim, & oportunitate congruente.

6.° Dico quod sufficit vnicus actus Imperij temporalis in Christo ad ipsum assumendum, & relinquendum. Nos autem posuimus duos. At si aduersarius adhuc vlteriùs litiget, ostendet se bibisse spiritum Iohannis Vuicleffi hæresiarchæ, qui dicit non esse faciendam, neq; dicendam aliàm orationē præter quàm Dominicam Vz Pater noster &c. Quoniam Christus aliâ scriptam non reliquit. Hem bestiam expertem argumenti, & expertem Imitationis.

Ad Quintū Dico. quod verè dixit Apostolus: Arma militiæ nostræ non carnalia &c. Sed hoc intelligitur in acquisitione tantùm. Quoniam Christus venit ad acquisitionem Regni super totum mundum, non per vim armorum, vt Tyranni, & Mahometes, sed per viuam rationem, reddēdo mundum rationabilitati naturali, & super naturalem adiungendo per conformitatem ad rationes creatam. Hoc quippe donum rationabilitatis, quod suum est, subijcit mundo de iure sibi, primæ nimirum, summæq; rationi non Tyrannorum instar accipi-

tium, non autem donantium aliquid; vnde Ius suscipiendi Regnum super subditos sibi comparent. Nihilominus post acquisitionem, & victoriam necessarium est gladius Regi Sacerdoti contra irrationales, nè fortè alios inficiant, & perdãt. Christus autem non deficit in necessarijs &c.

Resp. Augusti. ad eundem.

Præterea tempore Christi in carne (ait Augustinus) adimplebatur prophetia primorum verborum secundi Psalmi: Quare fremuerunt gentes &c. aduersus Dominum aduersus Christum eius: Proijciamus à nobis iugum ipsorum, ideſt Apostolorum. Sed hodierno tempore adimpletur, quod in eodem Psalmo sequitur ad Christum: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, & reges eos in virga ferrea, &c. quod, & idem Apost. 2. Corint. x. non obscurè prænotauerat. Nam cum dixisset: Arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia &c, tandem subiungit: Et in promptu habentes vlcisci omnẽ inobedientiam cum impleta fuerit vestra obedientia. Ergò truncata verba allegant Hæretici, & quicunque Catholici tollunt gladium materialem Ecclesiæ. Ex his enim verbis postremis liquet, quòd quandò gentes subiectę erunt Ecclesiæ in omnibus, vt completa sit obedientia peracta acquisitione, & homagio, tunc fiet, vt Princeps Apostolicus possit rebellantes ad officium cogere, & vindicare gladio materiali omnem inobedientiam. Et quidem solo spirituali non potest omnis inobedientia pessimorum vindicari, vt dictum est; nõ enim omnes timent illum. Et subdit S. Augustinus contrà Donatistas; quòd nunc adimpletur in Imperatore illud decretum quod fecit Nabuchodonosor, vt quicumq; maledixerit Deo Danielis occidatur. Sed S. Augustin. loquitur de gladio Imperatoris, tùm quia per manus eius exercendus est Ecclesiæ gladius: tùm quia tempore Augustini non erat facta translatio Imperij per Papam; nec viderat ipse depositionem tot Principum, & positionem à Papa factam, semper crescente vsu gladij in Ecclesia vt dixerat Apost. ad vltionem omnis inobedientiæ, crescente quidem vsu auctoritatis, non autem auctoritate.

Similis est Ecclesia (vt dixit Christus in Euangelio) frumento, quod primò germinat, deindè facit stipitem, postea spicam, in qua sunt aristæ: quę sunt arma contrà passeres, auiculas, & bestiolas. Sicut, & vituli, & alia animalia, non subbirò, sed cum maturantur, emittunt coronua, vngues, dentes exertos, quibus armãtur naturaliter. Sic Ecclesia processit secundum naturam; quæ est Artis Diuinæ Ratio rebus inserta, pendens à prima arte, quę est Verbum Dei nostri Christus. Dequo prophetauit Isaias: Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium &c. Et calamum quassatum non confringet &c. Hoc autem totum verum est antequam legem daret, & confirmaret, & promulgaret: & reciperetur Imperium eius. At verò necesse est ipsum reliquisse omnem potestatem eius Regimini necessariam, ac prò indè nunc spinas, vngulas, cornua, dentes, contrà rebelles, & incredulos emisisse, vt in Prophetis pronunciatum erat. Ad alia argumenta facta, & fieri possibilia respondebitur post seq. caput.

✠

✠ ✠

✠

Christianismum esse vnum, & non plures: vnumq; caput, Regem, ac Iudicem supræmum in spiritualibus, & temporalibus habere, cui omnes Principatus, & dignitates subsint, per Prophetiam, Naturam, et propter beneficium Principum, & Vassallorum, & Vniuersi.

Caput Duodecimum.

Conclusio.

CONTRA hæreticos, qui Episcopos Papæ æquant, & cõtrà illos Catholicos, qui dicunt Imperatorem esse maiorẽ Papa in temporalibus, & contrà eos, qui Principem laicum faciunt dominum in spiritualibus, sicut Henericus 8. Rex Anglorum: Assero cum S. Thoma, Ecclesiam Christi esse vnam, & non plures, vt Gentilismus; & ideo habere vnicum caput, cui omnes Principes subesse debent in omnibus; & Christum non instituisse aliam potestatem nisi supremam, cui consequentèr subiaceant omnes, tot aq; simul Ecclesia, necesse est.

Propositio sextuplex maior ex multiplici similitudine inuenta in Sacra, et humana Phylosophia.

Primo Eclesia est vna vt habetur in Cantic. Vna est Columba mea, & primo Crorint: Nun quid diuisus est Christus? &c. Est autem persimilis naui, ouili, corpori humano, familiæ, & Archæ Noe, & sponsę. Similitudo sponsæ habetur in Cãt. & millies apud Apost. ad Corint. & Ephes. Et Io: Baptista de Christo dixit: Qui habet sponsam. Archæ Noè habetur. p. Petr. 3. & apud omnes doctores. Nauis Luc. 5. & apud Ambros. ibidem, & alibi sępè. Ovilis sæpè apud Ioãn. præsertim x. Erit vnum ouile &c. Corporis humani habetur Ephes. 4. Vnũ corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis &c. Et ipse dedit quosdam Apostolos &c. in ædificationem corporis Christi &c. vt crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum &c. Idem Rom. 13. Sicuti in vno corpore multa sunt membra, omnia autem membra non eundem actum habent &c. & Corint 10. Familiæ verò. Luc. 12. Quis putas fidelis est dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? &c. His similitudinibus vtitur etiàm Plato in sua Repub. à D. Clemente mirificè cœlebrata, & Thales Milesius; & alij Phylosophi plures apud Plutarchum,

Minor propositio, et sextuplex et cõclusionis illatio qđ sit una Ecclesia uniusq; capitis in cunctis.

2. ° Sequitur, quod cum sit Ecclesia vna, prorsus vnicum habeat Caput, sicut familia, & sicut Nauis, & sicut Corpus, & sicut ouile, & sicut sponsa, quæ nunquam duobus viris apud nationes vllas datur; sed potius appræhendent septem mulieres virum vnum, sicut scriptum est apud Isaiam, mysticè, omnes Ecclesiæ Christum: Septenarium enim vniuersitatem significat ex Gregorio, & August. Multò ergò minus in Christianismo, & quod caput hoc non sit tantum inuisibile, vt Christus dicunt Hęretici, sed etiam habeant Vicarium caput visibile, ne omnes vacillaremus in opiniones, & diuersificaremur Principatu, & fide, redeuntes ad scysmata priora à diabolo introducta, & ad tot sententias, quot capita, id quod nunquam non accidit inter hæreticos, & Scysmaticos, vnitatẽ capitis abnegantes, circumlati omni vento doctrinę.

Præterea

1. ratio ex prudē-tia diuina omnia unitate cōseruante.

Præterea Ergò conueniebat prudentiæ diuinæ vnitatis amantissimę (quæ in carne orat, vt omnes in eo vnum simus, sicut ipse cum Patre apud Iohannem) relinquere vnum caput Vicarium suum, quo seruari posset vnitas in Ecclesia sua. Concordia enim, quæ vnitatis est influxus reseruantur; diuisione destruitur. Ex Euangelio, & Philosophia Pythagoræorum.

2. ratio ex Ezechielis prophetia

Et prophetiæ, quæ de regno vnico Messiæ loquuntur, hanc semper capitis vnitatem præconizant, tamquã visibilis, & durabilis inter nos in terra, vsque adfinem, regendo, & vniendo totam Ecclesiam, in qua bonum, & iucundum habitare in vnum, & vnius moris. Ait Ezechiel 34. Rex vnus erit omnibus imperans: nec erunt amplius duæ gentes; nec diuidentur in duo regna. Et omnes filij Israelis, & filij Iuda ponent sibi caput vnum, &c. Et idem 34. & 37. Suscitabo super eos pastorem vnum &c. Et in terra; qui vt ait Ierem. Faciet iudicium, & Iustitiam in terra &c. Nunquid inuisibiliter? hinc quidem semper facit, & vbique inuisibiliter ab initio ante prophetiam hanc: Sed de visibili administratione Regni per Messiam caput vnum, semper prophetæ loquantur. & Iohan. x. Fiet vnum ouile, & vnus Pastor.

4. ex Salomonis auctoritate.

Et Salomon Eccles. 12. Verba sapientum sicut stimuli, & claui nauis in alto defixi; quæ per magistrorum consilium data sunt à Pastore vno &c. Hæc nauis est Ecclesia, cum Concilio magistrorum & vno Pastore capite eorum per Christum institutæ.

5. Ex Institutione Diuina ab initio.

Præterea Fecit Deus vnũ modò Principem Adã in sæculo Innocentiæ. Ergò & vnum modò in sæculo restituto ad Innocentiam. Similiter etiam vnus Rex, ac pater, fuit in Arca figura Ecclesiæ &c.

6. Ex nobilitate Monarchici vnij iuxta Theologos, & Philosophos.

Item, Monarchia secundum Platonem, Aristotelem, Plutarchum, Homerum, Isocratem, & omnes mundi sapientes; est nobilissimum Regimen, maximè Dei vnitatem representans, cuius aliæ guberationes sunt deficientiæ quædam, vt patuit primo Cap. Ergò hanc reliquit Christus in Ecclesia, vti optimam, optimus. Et S. Cyprianus ad Cornelium Papam idem scribit, execrq; demonstrat; quoniam, inquit, Vnus Deus, vnus Sol, vnus Rex in Apibus, vnus armentorũ magister &c. Et docet Ecclesiam esse vnam; sicut vnus sol cum radijs multis, qui sunt Episcopatus multi, & sicut Arbor vna cum ramis multis. Christus autẽ non est diuisus, vt probat Apostolus; Ergò vnũm caput reliquit in mundo.

7. Ex Christi Institutione qua Petrũ caput omniũ prepo-suit cunctis. Probaturq; hic pluribus.

3. ° Caput totius Ecclesiæ vniuersalis proculdubio fuit Petrus ex Christi institutione: & non Episcoporum, neque Apostolorum, neq; Imperatorum, sed Diuino iure. probatur.

Primo Quoniam Christus caput Ecclesię, soli Petro dedit proprium nomen, sicut Cæsar Cęsaribus successoribus, & Pharao Pharaonibus. Christus enim quatenùs fundator Monarchiæ vniuersalis, vocatus est à Prophetis Petra, dixit Dauid: Lapidem, quem reprobauerunr ædificantes, hic factus est in caput Anguli &c. Quod ipse Christus de seipso interpretatur Matth 21. Apostolus Petrus declarat de Christo dictum fuisse Act 4. Et similiter Paulus Rom. 9. & Ephes. 2. ait, Hic est lapis angularis, qui facit vtrq; vnum. Itidem Isaias 8. & 28. Ecce pono in Syon lapidem &c. Et ipse met Christus declarauit ad Iudæos loquens, quod de seipso intelligebantur hæ prophetiæ de petra angulari. Porrò scimus ex Euangelio, quod Petrus primò vocabatur Symon; & Christus dixit ei. Et tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, & alibi Christus ait eidem: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam &c. Ergò Petrus est successor Christi, & fundamentum visibile ipsius Ecclesiæ; nam sicut in Syriaco Idiomate Cephas interpretatur Petrus, & lapis, ità in Græco interpretatur Caput, sicut exponit Optatus Episcopus Mediuet. Sanctitate, & Doctrina, & Antiquitate cœleberrimus. Idcircò semper ab Euangelistis Petrus numeratur in primo loco. Optati declarationem de Cepha facit etiam Vigilius Papa, ponens Pontificem Romanum Iure Diuino Conciliorum caput, & Iudicem Episcoporum, & Regum, & Imperatorum.

Ioan. 1. Matt. 16.

Exemplo ad Euterum.

2. Secundò

2.° Secūdo Quoniā percontanti Christo discipulos suos, quam opinionem haberent de ipso homines, & confutatis erroribus opinantium, solus Petrus fecit illam mirificam confessionem. Mat. 16 Tu es Christus filius Dei viui &c. & Christus, subiunxit ad meritum tantæ fidei: Beatus es Symon Bariona, quia caro, & sanguis nō reuelauit tibi &c. Et ego dico tibi. Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues Regni Cœlorum; & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in Cęlis &c. Hæc fundatio non legitur facta super omnes, nec data omnibus ista maioritas gubernandi: Sed Petro filio Ionæ confitenti Deitatem personalitèr descripto, sed cœteris solum potestas soluendi, & ligandi peccata, vt patet Matthæ. 16. & Iohan. 20. & faciendi miracula, & prędicandi Euangelium per totum mundum: Quibus in rebus omnes Aopstoli fuerunt pares, vt dicit Hieronym. hoc est, quo ad ordinis potestatem, non tamen quo ad iurisdictionem, & Gubernatum. Sic etiam Papa omnibus Episcopis est æqualis ordine; superior vero iurisdictione; nam Petro data est super omnes spiritualitèr, & temporalitèr, cum dicit In Cælo, & in terra, solutum, ligatum &c.

2. probatio ex præmio confessionis Petri in collatione clauium.

Et de hac potestate extat Prophetia Isaiæ 22. super Elyacim Sacerdotem magnum, qui accipit claues Dauid, & honoratur Regno temporali mysto cum spirituali in hoc Sacerdote, de leuitico facto Dauidico. Et in Apocal. repetuntur claues Dauid, non claues Aaron.

Probatio 3 ex Prophetia Isaiæ.

Et cum ait, quodcumque ligaueris super terram &c. clarè ostendit potestatem hanc vniuersalissimam esse, hoc est ædificare, & diruere omnia, vt opus fuerit Regimini mundi Christiani; nec poterat dari amplior, nec cum ampliori sermonis formula absque glossa; vt qui ipsam restringit ad spiritualia tantùm, exclusis scilicet temporalibus; appareat subbitò ignarus, vel sophista, vel malignus. Namq; et per regulam Iuris consultorum Priuilegia interpretantur, ampliatiuè, pœnalitates restrictiuè. multo magis qñ ampliata sūt à legis latore.

Et quamuis aliquando dicat Augustinus, Ecclesiā ędificarā esse super Christo, qui est Petra, & ipse solum est fundamentū, teste Paulo 1. Cor. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere, præterquam quod positum est, qui est Christus Iesus &c. Nihilominùs, ex hoc non triumphat Caluinus, & Lutherus contra Petri primatū: nā ipse met Augustinus p. retrac. c. 21. retractat hanc sententiā, & dicit intelligi de Christo primario, & de Petro eius Vicario. Idemq; fatetur. serm. 15. & serm. 28. de sanctis. Et quidē violētatur textus, si ità, intelligatur. Nā Christus ait. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiā meā &c. Esset quidē quasi delusio, si præconiū Petri ex nomine retorqueretur ad minorationē eisdē verbis. Et palā, ly. Hāc, refert petrā Petri. Eoq; magis quod sermone Syriaco Cephas dicitur masculinè, sicut latinè lapis; vt sensus sit. Tu es lapis, & sup hūc lapidem à me nunc laudatū, qui es tu, ædificabo Ecclesiam meam. Et ità canit Ambros. pro Petro, & S. Clemens 1. ad Iacob. Et Origenes sup cap. 5. Epist. ad Rom. & Basil. lib. 2. adversus Eunomium, & Theophilactus, & Hieronymus, Chrysost. sup Matth. & in Hom. extrau. sup Matth. præcipuè in 18. & in vltima; & Hilarius perperā ab Erasmo intellectus ibidem; & oñes alij Patres, super Petri Petrā, Christū fundasse Ecclesiā, ceū super suū Vicariū, ppter meritū cōfessionis eius. Et quāvis Origenes super Matth: dicat etiam super alios Apostolos fūdari, & super oñes bonos Christianos, hoc intelligitur allegoricè de illis, & tropologicè in respectu ad Petrū. Sic etiā Christus dixit, quod qui facit voluntatem Patris eius, est frater, & mater, & soror eius. Et tamē cū hoc stat, qđ sola Beata virgo Maria fuit verā mater nōtropologicè, sicuti alij faciētes eius voluntatem.

Resp ad Obiectionē hæreticorū cōtra probonēm 2. Catholicorum

Quod Petrus sit uerè fundamentum, & pastor totius Ecclesiæ.

Et quāvis dicat etiā alijs discipulis in Matth: 18. Dic Ecclesiæ: Amē. dico vobis quęcūq; ligaueritis sup terrā, erūt ligata & in Cęlis, & quæcūq; solueritis &c. Hoc Petri potestatē nō minuit, imò auget. Nā tunc dabat claues ordinis, & Apostolatus cœteris Apostolis, quos tamen sub iurisdictionis clauibus, Petro datis

fuisse

fuisse, palã est; nã vt pascat etiã Apostolos, idest, regat iniunctũ est illi. Hic ergò cõciliũ, & Ecclesia simul in peccatores recipiunt claues vniuersalitèr. Sed hæc potestas seorsum data vni, facit maioritatẽ in eo super omnes, præsertim cum super Petro dicat fundasse Ecclesiam Mat. 16. & notat Origin, quod alijs dixit Christus, erit solutũ, & ligatũ in Cœlo: Petro vero dixit, in Cœlis, propter ampliorem potestatem super omnes. Et quamuis dicat Augustinus, quem sibi tutorem facit Caluinus, & Lutherus, datas fuisse claues Petro in persona Ecclesiæ, non tamen propterea Petrus non præfertur omnibus. Nam intelligitur quod nõ ad proprium modo vsum, & dignitatem Petrus accepit claues, sed ad vsum, & dignitatem Eccelesię ipse tamquam caput; alioquin omnis Christianus haberet claues, & nullus esset vsus capitis, & clauiũ. Sed sicut dicit Aug. idẽ x. de Ciu. Dei; Deum dedisse Romanis Imperium in Augusto ob virtutes illorum Politicas nec tamèn propterea omnis Romanus fuit Imperator, sed ille vnus, qui erat caput, & omnia membra cõportabat, & fouebat, & regebat, ità nunc dicit, Petrum accepisse claues Ecclesiæ, & Ecclesiam Claues in Petro. Cum quo tamen verum est; quod solus Petrus primatum in clauibus habet, Et propterea Petro commendat Ecclesiam regenda dicens: Pasce oues meas; non autem aliquando regendum Petrum Ecclesiæ commendauit: Pascite Petrum: aut confirmate &c.

„ Et hoc patet, quoniam Christus resurgens à mortuis, cum dixisset; Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in Terra; & mox dedisset cunctis potestatem remittendi, & ligandi peccata in clauibus ordinis; deindè examinat Petrum ter, „ super doctrina dilectionis: Petre diligis me plus his? Et cum vidisset ipsum cõstantem Petram, subdidit etiam ter: Pasce oues meas; pasce agnos meos: hoc est Clericos, & Laycos, qui sunt agni ouium; vt rectè exponunt Doctores, non enim hoc mysterij vacuum fuit; Porrò hanc supremam potestatem pascendi (quod sonat regendi) alijs non dedit Christus, sed Soli Petro, & fundauit eam super, ly, diligis me plus his? Ergò quia Petrus diligit plusquàm alij Apostoli, meruit Imperium super alios omnes Apostolos, & laycos.

Ioban. 20. 21.

Hic notat S. Chrysost. Super Ioann: quod videtur debuisse Petrus, qui erat (vt ipse ait sępè) os, caput, & Coryphæus Apostolorum, fieri Episcopus Hierusalem, & non Iacobus, cum in Hierusalem Ecclesia ortum habeat, & promulgationem legis; & respondit huic obiectioni, quòd Petrus fuit Episcopus totius orbis Terrarum. Quæ ratio nulla esset, si omnes habuissent æqualem potestatem iurisdictionis in toto orbe, sicut habebant ordinis, & prædicandi Euangelium in toto orbe. In hoc.n. sunt pares ex delegatione Christi, vt ait Turrecr. sed non in iurisdictione. Ergò quoniam solus erat caput Apostolorum. & mundi (ait Chrysostomus) propterea non accepit Episcopatum particularem, sed totius mũdi: Veluti idẽ Chrysto. etiã docet in primo sermone de pœnitent. Atq; itidẽ habetur in præfatione Cõcil. Nyc. primi. Sed deindè fundauit sedẽ sui Prĩcipatus Romæ, quæ erat mundi Caput ipse caput, & transtulit ad successores suos; neq; enim pro illo tempore tantùm, sed vsque ad finem, Ecclesia indiget vnitate capitis. Ergò & habet. Christus quoq; fuit Romæ crucifixus in persona Petri, qui erat Petra Vicaria Christi Petræ, vti dixit: Vado Romam iterũ Crucifigi. Qui negat hanc Historiam ipse negabitur. Extat apud S. Ambros. & alios Doctores, & sacellum ibi ædificatum ad huius rei memoriam extra Vrbem cernitur adhuc.

De primatu Romani Epatũs

Non accepit Ecclesia Romana primatum ab Imperatore, sed à Deo in Petro

Quapropter stultissimæ impietatis est asserere Ecclesiam Romanam accepisse primatum ab Imperatoribus, cum sit vera successio, sicut omnes historię docent. Et iam Luthericolæ in hoc se victos fatentur mille testimonijs librorum antiquorum, nec amplius negãt Petrum fuisse Romæ; vti Chytreus, & Lutherus negarant.

Hunc primatum Petri, & Romæ fundatum approbant Sancti Doctores. Siquidem Athanas. & Episcopi totius Ægypti, scribendo ad Marcum Papam vocant

vocant Romanę; atq; Apostolicæ Sedis, itq; vniuersalis Ecclesiæ Papam; & mox Romanam Ecclesiam caput, & matrem omnium Ecclesiarum, quę semper mansit, & manebit immaculata præcibus S. Petri. Cui omnes Episcopos oportet obedire. Cyprianus, Ireneus, Hieronymus, Augustinus, Fulgentius, Leo, Gelasius, Iohannes Papa, & Martyr, Nicolaus, Bonifacius, Gregorius, Ambrosius, Bernardus, Cyrillus, Athanasius, Hugo, Thomas, & alij innumeri, & Concilia antiquissima, ita quod, stultitia est, nè dum impietas omnia testimonia fide digna negare. Vnde Arator Card. sub Papa Vigilio cecinit.

„ Dignaque materies Petri, Pauliq; Coronæ.
„ Tartareas superare minas, & in arce Tyranni
„ Pandere Iura Poli &c.

Nã claues potẽtiæ, & claues scientiæ cõiunxerunt hos duos duces militiæ Dei ad fundandum primatum potestatis, & magisterij in vrbe Romæ, sicut dicit S. Maximus in sermone de præfatis Apostolis.

Item Paulus ad Rom. 9 ait. Erit in loco vbi dictum est non plebs mea vos, ibi filij Dei vocabuntur. &c. Hic locus Roma est. Nam de Babylone tamquam de capite omnium gentium, quæ non erant plebs Dei, secundum Oseam interpretatum à Paulo, dicebatur primò, Non plebs mea vos. Ergò cum Roma vocetur Babylon à S. Petro, & Iohanne Apostolis, & à D. Augustino, & Hyer. propter successionem Imperij Babylonici in ipsa, debebat ad ipsam mitti gratia vt vocentur filij Dei in ipsa. *Prob. 2.° aut: „ Apoli Pauli;*

Hoc etiam prædixit Isaias. 63. Tu pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israel ignorauit nos. Tu dominus noster, & Redemptor noster &c. Quia secundum carnem, nec Abrham, nec Israel quid commune habent cum Roma. *3.° Ex Isaia*

Et Micheas 4. ait: Tu turris Gregis nebulosa filia Syon: vsque ad te veniet potestas prima Regnum filiæ Ierusalem &c. Hæc est potestas Messiæ; idcirco dicitur prima, aut sic suprema donandi mortem, & vitam, quæ dicitur Potestas gladii, vel condendi leges, vt loquuntur Philosophi, creditur ventura ad filiam Syon, quia Iudæa secundum fidem mater est gentium, teste Chrys. Ergò Ierusalem Romæ. Idcirco, & Michael Custos eius Romam migrauit. Et ideò Isaias ait: Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso, hoc est Romæ, quæ interpretatur Excelsum. vndè proiecit Idola, & posuit Iura poli, vt dicebat Arator. &c. *4.° Ex Micheæ.*

5.° Sequitur esse Principem non modò omnium Principum laycorum, sed etiam omnium Episcoporum fratrũ suorum, sicut dictum est ad Iacob eiusdem typum benedictum ad Sacerdotium: Incuruentur ante te filij matris tuæ esto dominus fratrum tuorum. Nam Petrus tamquam plus diligens quàm alij, fuit omnibus præpositus. Item illi dictum est: Cofirma fratres tuos: & Pasce oues meas &c. Et vt in cap. 2. & 3. patuit, Princeps Sacerdotalis omnium est Dominus, & caput, & Iudex iure naturali, & diuino. *Papa est sup. Epõs et Concilia. Probatur de Iure Diuino, et naturali*

Ergò Concilium non est supra Papam nisi vbi fuerit Hereticus. aut scysmaticus, aut dubius, vt decernitur in Concil. Costant. Et ità interpretãdus est Gerson. Quamuis Papa possit arbitrum eligere aliquem, cuius se Iudicio submittit; non tamen tenetur ei obedire ob iurisdictionem, quam supra se non potest dare, sed ob conscientiam *Concil. nõest supra Papã nisi furrit Hæreticus. Ethnicus. & publicanus manifestè.*

Item cum Christus fecerit Petrum Pastorem; Gubernatorem. Patrem familię, & Caput, non possunt omnes Episcopi super eum, quoniam membra nõ possunt super caput: nec nauta super gubernatorem; nec familia super patrẽ; nec oues super pastorem: nec sponsa super maritum; nec legitur vnquam in Euangelio Ecclesiam Petro, sed Petrum Ecclesiæ præfici. Pasce oues &c. Confirma &c. Super hanc petram fundabo &c. Sed nondixit ad Ecclesiam aliquando pasce Petrum, vel confirma Petrum; nec, Super te fundo Petrum &c. *2. Phatio ex eo qđ est caput, et Pater familias et Naculerus, et sponsus.*

Præterea idem probatur ex praxi Pontificum, & Conciliorum, quod iussu Christi, Petrus, & Ecclesia Romana obtinet primatum, & potestatem super *3.° de Iure positiuo, et autoritatib;*

Vide in Sūmula conciliorū istas auctoritates omnes.

Concilia, & Omnes Episcopos. Anacletus Papa, & Martyr id docet. Et quod causæ difficiliores ad Romanam Ecclesiam referantur; & quod consacratur Ecclesia Romana à Petro, & Paulo, vt sit prima mundi Sedes. Idem Zefirinus Papa docet à Petro 14. quia sic Apostoli statuerunt. Idem Cornelius Papa corrigēs Synodum Cypriani, & Lucius primus Papa, idem quod non potest errare. Idē Felix Papa 25. à Petro: Idem Marcellus 29. à Petro. Et quod Concilium sine Romano Pontifice non potest congregari, nec robur habet. Idem Melchiades à Petro 31. Idem habetur in Præfatione Concilij Nyceni primi. Idem Syluester Papa in Concilio Romano. Idem Osius Episcopus in Sardicensi cum toto Concilio. Item in Meliuitano, vbi aderat S. Augustinus. Idem Hylarius Papa in approbatione Concilij. & Gelasius Papa primus robur Concilij ab Ecclesia Romana: & confir: Idem Symmacus Papa in Synodo, approbans Ennodij Diaconi libellum de Papæ primatu. Idem Vigilius Papa, quod Dei, non Concilij auctoritate Papa supereminet Iudex, & caput Episcoporum, & laycorum. Idem docet Xistus 3. Præterea ex Concil. Nicen. primo, & Sardicensi, & Miliuitano, & Toletano primo, & Ephesino primo. Quæ concilia à Papa firmantur, & à suis Legatis, patet supræma potestas, vt supra. Item in Calcedonensi, quod à Leone primo firmatur, valet: quod non firmatur, non valet: vocatur Leo Dominus Episcoporum, & vniuersalis Ecclesiæ Papa. Et Concilium petit ab eo confirmationem, & impetrat, & dixerunt Patres: Deus loquutus est per Leonem, & Petrus per Leonem decreuit. Item Hispal 2. et 5. firmantur à Papa, qui etiam iubet non alias teneri præfationes Missæ, quàm quos ipse dat Episcopis Germaniæ. Idem in Toletan. 2. & Lateran. primo sub Martino primo. Item Leo 2. confirmat 6 Synodum, & quos damnat ipse, damnat & Synodus. Idem ex Concil. sub Carolo magno, congregato à Bonifacio Episcopo, ex petita autoritate Zeuh. Papæ. Idem ex Concil. Nyceno 2 sub Adriano Papa primo à quo confirmatur; & declaratur, Concil. absque Papa non valere. Item ex lateranensi 2. sub Inncentio Papa 3. Idem in Viennensi Concilio sub Clem. V. Papa. Idem ex 8.° Synodo. Item Concil. Basiliense dissoluitur à Papa Eugenio 4.° & declaratur, Papā esse super Concilium in Concilio Florentino, cuius contrarium declarat Concilium Basiliense, & Constantiense; quæ tamen non valēt, nisi in quo à Papa firmata sunt vt ibi patet. Tandem Trident. Concil. à Papa confirmatur, & prædicta omnia approbantur. Idem habes ex lateranensi sub Leone X. contrà Concilium Pisanum. Item S. Augustinus de Verbis Apostolorum serm. 2. contrà Pelagium duo Concilia missa dicit ad sedem Apostolicam, & indè rescripta venerunt; ait, ergo causa finita. Idē S. Thom. lib. 3. de Regimin. Princip. & 2. 2. q. 1. art. x. q x. art. 4. ad 13. docet Concilia non posse congregari sine authoritate Papæ, nec decreta eorum valere nisi ab illo confirmentur, & à Concil. ad Papam appellari posse, & non à Papa ad Cōcilium. Idemq; probat Caiet. in Commento de Iure Diuino, naturali, & positiuo, & praxi.

Ex particularibus

Idem confitetur Cocilium Sinuessanum 30. Episcoporum sub Marcellino Romano, & Calcedonense sub Syluestro; & Romanum sub Sybmacho, & Lateranense sub Leone, & Synodus Sub Carolo Magno.

6. Papa non dependet ab Imperatore sed contra

Vbi habetur, quod sexto loco probamus, quod Summus Pontifex Christianorum non dependet ab Imperatore nec ab aliquo Principe, in spiritualibus, nec in temporalibus: sed ipse est Iudex omnium, & supereminens in spiritualibus, & temporalibus, vniuersalis mundi Dominus redempti, & magis quam empti à Christo, sicut ex prædictis potest quoque manifestissimum esse.

Idem probatur ex omnibus Theologicis Primo ex Apostolo.

P.° Quoniam spiritualis omnia iudicat, & à nemine iudicatur, teste Paulo; multò magis ergò spiritualissimus. Et quamuis Papa de facto non esset sapientissimus quantū requiritur ad tantam spiritualitatem; de Iure tamen semper præsumitur esse, saltem propter assistentiam Spiritus Sancti. Id quod Panormitanus non intellexit. Multi Reges de facto indigni sunt Regno, non tamen de Iure priuantur,

antur, nisi per Papam, vbi, & quando Reip. ita necesse est. Hoc dico respondendo ad Lutherum, & Anabaptistas, qui deponunt Papam, & Reges, & Sacerdotes dicta de causa, absq; respectu ad bonum Reip. sumum.

2.° Dicit idem Apost. An nescitis, quia Angelos iudicabimus, quanto magis ista sæcularia? 2.° Item ex eodē.

3. Ex Isaia. qui dicit ad Ecclesiam in 54. Omne vas quod factum est contrà te, non dirigetur, & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum Domini, & Iustitia apud me, dicit dominus &c. vbi patet hæreditas dñi, & eondendi leges, & Iustitiam faciendi super omnes Principes terræ, qui Ecclesiæ restiterunt (Quare fremuerunt gentes) Ergò præcipuè hoc intelligitur de Imperio Romano, quod maximè omnium afflixit christianismum. 3.° Ex Isaia

Item in cap. 60. Ædificabunt filij Peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi, &c. Hoc fecerunt Constantinus, Carolus magnus, & omnes Principes benè sentientes de fide. Porrò falsæ essent prefatæ authoritates propheticę, si vel in minimis dependeret Sacerdos Sumus à Potestate laica; aut si quis exemptus haberetur in spiritualibus, vel tęporalibus à Iurisdictione Ecclesiastica. 4.° Ex eodem

5.° Dauid inquit. Adorabunt eū omnes Reges terræ; omnes gentes seruient ei &c. Et cum hoc non verificetur de Christo dum fuit in terra, nisi à tribus Magis Regibus semel; nūc verificatur in suo Vicario, cui deseruiunt, vt Christo: nisi velimus alterum. Messiam cum perfidis Hębreis prestoleri. 5.° Ex Dauid

Item Isaias: Gens et regnum quòd non seruierit tibi, peribit &c. Ergò valdè aberrant Theologi anteponentes Imperatorem, aut aliam dignitatem quacumq; ratione, Papatui; cui nimirum omnes seruire tenentur, & iam perierunt, qui repugnarunt. 6. Ex Isaia

Item Isaias, Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum; & omnes; qui detrahebant tibi; vocabunt te, Ciuitatem Domini, Syon sancti Israel, &c. nemo per Syon non intelligit Ecclesiam, ergò. & c. 7. Ex eodem.

Item in cap. 61. dicit Messias etiam: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me; vt annunciem mansuetis. &c. & post prædicationem Messiæ subditur quod futurum erat. Stabunt alieni, & pascent pecora vestra; & filij peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini; ministri Dei dicetur vobis. Fortitudinem Gentium commeditis, & in gloria eorum superbietis. &c. Hoc mirificè adimpletur in Papis, Cardinalibus, & Episcopis, successoribus Apostolorum; in quibus ipsi Apostoli, qui vexati olim fuerunt, nunc adorantur; & imperant Orbi: & Principes laici custodiunt vineas, et pascunt pecora Ecclesiæ. Principes autem Sacerdotales sunt in gloria promissa. Vnde Bernardus prohibet eos tractare vilia, & temporalia, & gladium materiale, quamuis sint domini temporaliū, & gladij potestatē habeāt, quod non semel probauit contra pseudo politicos. 8. Ex eodem. lib. de Consid.

Ideo etiam de his dictum est in Psalmo: Nimis honorati sunt amici tui Deus; nimis confortatus est Principatus eorum. In, ly, Nimis, scandalizantur hæretici, & Ignorantes: Prælati verò mali abusiones faciunt in Nimis. 9. Ex Dauid.

Item Dauid Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. (hoc est Episcopi pro Apostolis ait Augustinus) Constitues eos Principes super omnem terram. 10. Ex Dauid. Psal. 44.

Item Tobias 14. prophetat de huiusmodi Dominio superomnia: Gaudebunt in eo, ideſt Ecclesia, omnes Reges terræ adorantes Regem Israel, & in 13. idem ait: Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te &c. Et Isai. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. 11. Ex Tobia, & Isaia.

Et paulò post. Erunt Reges Nutricij tui, & Reginæ Nutrices tuę. Vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. &c. Hoc adimpletur dum omnes Principes osculantur pedes Messiæ in pedibus Papæ Vi- 12. Ex Isaia;

carij Messiæ, alioquin falsus Messias esset cum sibi id non fecissent.

13. *Ex praxi bonorum Principum.* Hęc profectò testimonia præ oculis habuere Costantinus Imperator, & Syluester Papa; non autem Peripateticismos aliquorum Theologorum non timentium indignationem Dei, sed Principum huius sæculi, proptereaq; adulantium.

14. *Ex inconuenienti.* Porrò impia stultitia est asserere, Pontificem, & Ecclesiam subesse laycis potestatibus, à quibus sibi pedes osculātur. At licet repugnent multi, nil mirum: quoniam adhuc potestas Ecclesiastica non benè agnita vsquequaq; est prorsus. Quod, & Christus dixit ad S. Brigidam lib. 8. c. 48. Verba euangelica non benè „ completa adhuc sunt cum primis Regibus. Sed adhuc venient quibus comple„ buntur.

15. *Ex Bernardo de Consid. lib. 2.* Itèm D. Bern. ait: Papa est, Antiquitate Adam, Primatu Abel, Authoritate „ Moyses, Patriarchatu Abrahā, Dignitate Aaron, Iudicatu Samuel. Gubernatu „ Noè, Sacerdotio Melchisedech, Regno Dauid, Apostolatu Petrus, „ Vnctione Christus, Sacerdos magnus, Princeps Episcoporum, Hæres Apostolo„ rum &c. Scimus autem, quod Patres prenominati præcedentes in Typum, vtraque potestate potiti sunt, temporali, & spirituali; excepto Aaron, & Dauid; illæ enim sola spirituali, hic verò sola temporali, decorati sunt. Sed quoniam Dæus promisit Dauidi Sacerdotium Aaron, & vniuit Spirituale cum temporali, vt fiat secundum Melchisedech; hi duo vnam modò in figuram Papatus pręeunt; & est Regia, & Sacerdotalis, & Melchisedech, sicut supra declaratum est ex Psalm 109. Et quamuis Bern. non nominet hic Dauid, alibi in eodem librò ipsum nominat, & in multis sermonibus figuram Christi eundem facit. Et paulò post in eodē libro ad Eugen. declarat Papam esse Rectorem omnium Principum, & Imperatorum, & moderatorem legum, & totius orbis Pastorē, & Principem, vt dicebat Ezecchiel; sicut patuit in præcedentibus sermonibus.

16. *Ex Zacchar.* Item Zaccharias id circò dicebat de tempore Messiæ. Erit omnis qui offen„ derit in Hyerusalē, sicut Dauid (hi autem sunt Princepes layci) & Domus Da„ uid sicut Domus Dei (hæc est Ecclesia) quoniā dabit illi Dominus Deus sedem „ Dauid Patris sui (dixit Angelus) En ergò Dauid resuscitatus, teste Ierem. 23. Vt faciat iudicium, & regnet in terra, est nunc sicut Deus, & hic est Papa. Quādoquidem omnes scriptores Sancti, asserunt cū Ieremia, et Ezecchiele, & Osea, Christum esse Dauid rescuscitatum: Ergò & Papam. Ergò supponere Papam iudicio sæcularium, est supponere Deum, & peruertere totum naturæ ordinē. Negare quoq; Dominium Papæ super eos, est idem inconueniens. Vnde cum „ Iudæi Samuelis prolem. Sacerdotis, & Iudicis, nollent super se regnare, dixit Deus: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos 1. Reg. 4.

17. *Ex S. Ambros & S. Clem.* Item S. Clem. scribit ad Iacobum fratrem Domini, S. Petrum ità ordinasse in Christiana Politia, vt omnes Principes sæculares subiaceant Sacerdotibus. Et S. Ambros. citatus à Grat. docet; Nullam dignitatem humanam, posse comparari Sacerdotio; Quippè cum Sacerdotes sint Deo propinquiores, Ergò maiores &c.

18. *Ex Incongruitate responsi ad uersariorum.* Itèm hæc glosa; (spiritualitèr, & non temporalitèr) stulta est; quoniam oporteret Ecclesiā non esse vnā, nec vnum habere caput, vti docet Apostol. Ex „ quo totum corpus connexum, & compactum crescit &c. Sed esset monstrū „ habēs duo capita, alterum spirituale, alterum temporale. Tunc quæro, vtrum alteri subsit; & tunc non erit caput quod subest, sed collum, aut cor. Si non „ subest, erit processus à Deo duorum, sine ordine, & colligatione; & tunc esset dispositio Ecclesiæ infœlix, qualem Arist. in 12. metaph. futuram fuisse docet in mundo, si essent duo primi motores. Vndè concludit. Entia nolunt malè disponi: Vnus ergò Princeps. Et profectò semper Ecclesia ruinæ proxima fuit, cū Imperator caput se esse professus est, non dependens à Papa; & hoc docet Bo-

nis-

nifac. 8. auctoritate Dionysij in extrauagan.

Prætereà; Scimus spiritualia esse eò digniora temporalibus, quò anima corpore. Ac si animam subdis corpori, & regimini eius, quacumque in re, peruersio est naturę. Sicut Plato ostendit in Dial. de legib. ad hoc propositum loquendo, & Gregorius Nazianzen. in oratione... Et D. Thomas 3. de Regim. Princip. &c.

19. *Ex spiritualia præcellentia.*

Prætereà; Si Cõstantinus donauit Romã, & totũ Imperiũ occidentis, Ecclesiæ, vt legitur apud Grat. In Palea, Constantin. Et declarauit se seruum Ecclesiæ, tenendo Staffam dum Papa Syluester ascendit Equm; re verà non dedit, sed cessit Ius naturæ, & diuinum veneratus. Vnde ait S. Thom. 3. de Regim. Princip. cap. 17. Sicut narrant historiæ, post quam Constantinus cessit Imperium Vicario Christi. Manifestumq; hoc fit ex hoc, quod ipse erat Pontifex & Imperator, & cessit Pontificatum, & non dedit. Ergò etiam cessit Imperium quod cognoscebat Põtificatui annexum iure Romano. Id quod etiam ex prophetijs Messiæ ante didicerat ab Hæbreis. Si quidem primo Hæbraizauit, & abipso Syluestro, & à Sybilla, quæ Augusto prædixerat Dominium Christi super Imperatorem; & hoc notissimum fuit omnibus Romanis Imperatoribus. Ergò Constantinus non dedit Imperium Occidentis, sed agnouit illud esse Papæ, sicut & Sacerdotium. Ergò, Imperium quod sibi retinuit, recognouit à Papa, qui reliquit eum, vt Ecclesiæ defensorem, & hoc palàm est. Quoniam si Papa dixisset illi, quod de iure non posset Imperium retinere, procul dubio renunciasset: Ergò remansit tamquam defensor Ecclesiæ, & Vicarius Imperij Messiæ, authorizatus in tali officio à Papa in gladio Messiæ. Et sic magis credibile id efficitur secundum Soti opinionem: qui ait, non habuisse Ius vnquam Romanos super Imperium Mundi. Ergò Syluester dedit illis Ius, vt eorum conscientia solidaretur: Nisi fateamur falsos Christianos fuisse tot probos Imperatores. Idem docet Augustinus Triumphus de Constantini cessione.

xx. *Ex cessione Constantini. Imperator nõ dat, sed cedit Papæ, vt docet S. Thom 3. de Regim. Princip. Cap. 17.*

Item hoc ità se habuisse patet exeo, quod Cõstantinus declarauit omnes causas posse appellare ex tribunali Imperiali ad Sacerdotale, & non è conuerso; & Sacerdotes esse Deos, nec posse à quoquam Iudicari. & quod non conueniret residere mortalis Regni sedem Romæ, vbi Cæleste Solium Petri residebat. Idcircò se Bizantium abijsse: Vt ibidem docet etiam S. Thomas.

Confirmatur argumentum ex praxi Constant.

Patte harũ Cõsiãtini legũ Põtifices sponte dissimularũt, & quasi renunciarũt, vt discordantiũ Imperatorũ, minus priorũ, volũtati cõdescẽderent. Nihilominùs quando ita fert Christianismi Regimen, ipsi vtuntur Christi auctoritate, ponendo, & deponendo Principes; approbando, & corrigendo leges eorum, & causas malè Iudicatas retractando, & Deus confirmauit in Cœlo omnia; & vsus, legum interpres, idem docet; Et hoc est argumentum S. Thomę de Iure positiuo accersitum pro Papatu super omnes Reges in temporalibus & Spiritualibus. Et quod Ius in rebus fidei, & in peccatis magnis, ait, solet manifestari, probat authoritate Hyeremiæ. Ecce posui te super Reges, & Regna, vt euellas, & destruas, ædifices, & plantes. Omnes enim controuersiæ magni momenti ad Papã referuntur, & ab ipso deciduntur. Nam Gregorius 7. Papa, deposuit Henricum 4. Imperatorem. Innocentius 3. Othonem 4. Innocentius 4. Fidericum 2. Alexander 3. alterum Fidericum. Greg. 3. Leonem Imperatorẽ 3. Leo Papa 3. Transtulit Imperium de Græcis ad Gallos. Leo 8. ex Gallis ad Germanos. Gregorius 5. creauit Electores Imperij: & à Papa recipiunt confirmationem, & Coronam, vnctionem, & gladium. Zaccharias Primus Carolomanum Regem priuauit Regno, quia erat inutilis. Alius priuauit Childericum ob idem. Adrianus Primus, Desiderium Longobardorum Regem. depe fuit; Alius Regem Angliæ subiecit tributo: Alius priuat Regem Nauarræ: Alius Reformat Regnum Portugalliæ, & dat Titulum Regium: Alius cogit Vngarũ Regẽ sre suppetias Hierosolimã, cõminatus depositionem: Alexãder Sextus partitus est

21. *Ex iure positiuo, & praxi.*

nouum

nouum orbem tamquam summus mundi Iudex, Regibus Castellæ, & Lusitaniæ Alijs deposuerunt Mafredū, & Rogerium, & creauerunt Duces, Reges, & Pontifices, & dederunt titulos, & posuerunt, & depositerunt, vt patet in historijs; & fecerūt omnia iuxta prophetiam Ieremiæ in persona Christi: Ecce posui te super gentes, & Regna, vt euellas, & destruas: ædifices, & plantes &c. Profectò nunquam perfectè verificata est hęc prophetia, nisi in Papatu, & correspondet illi vniuersali propositioni ad Petrum. Quodcumq; solueris. &c. vel ligaueris &c.

Confirmatur Ius positium hoc, auctoritate Ieremiæ, ex Iure canonico recentiori.

Præterea idem probatur in Extrau. Bonifa. 8. vbi etiam per naturales rationes, & auctoritates sanctorum, docemur, Deum, secundum Dionysium, regere inferiores ordines per superiores; & quod omnes tenentur soluere decimas in signum Iurisdictionis; & quod vt possit regere eos Ecclesias necessariò vtraq; potestas in vno capite asserenda, est.

In extraug. Bonif. 8. Vnam sanctam.

Et sanè qui totius mundi curam gerit, totius potestatis, & non dimidiæ, ad rebelles cœrcendos ius habet. Et Rex Galliæ, si se exemptum putat ab hoc decreto Bonifacij, fatebitur se non esse Regem legmūm. Nam Papæ solius auctoritate translatum est Regnum à Domo Caroli magni, in domum de Valois, vt habet potestatem super se neget, se Regem iure neget. Sic S. Thomas, ex eo qđ Adrianus Papa Carolo magno confert Imperium, probat esse superet Græcos & Latinos Imperatores ab eo dependere de iure, quod etiam auctoritate Conciliorum quatuor, & praxi gestorum, & Imperatorum cōfessione probat, vnde patet Regi Gallorum tutius esse, ac vtilius, dependere à Dei Vicario, quam à parlamento Reipublicæ demonstratum est.

confirmatio ex ratione vniuersalis.

Rex Galliæ ex sui institutione: et cōsuetudine obedientiæ Regum Erga Papam probatur maxime sub Papatu existere.

Quapropter satis patet ex vsu, in Papæ potestate esse omnium iura Regnorum. &c.

23. Ex malis per contrariā opinionē in christianismum inuectis; Pupibus tutius et melius est pendere ab vno quam à seipsis, ex ratione Politica & Theologica.

Præterea idem cogit fateri non modò vsus, sed etiam abusus. Nam Christianismus semper deterioratus est, vbi cæpit non agnosci hęc suprema potestas vnitiua. Nam discordia inter Pontificem, & Imperatores, Saxones, & Suevos, causa fuerunt, vt Turcarum Imperium semper creseret, & nobis auferret Ierosolymorum Regnum, & alia insuper penè centum Regna: Item discordiæ Ianuensium, & Venetorum; Florentinorum, & Pisanorum, dederunt in manus Turcarum Asiam, Græciam, Hadrianopolim, Dalmatiam, aliasque Prouincias. Et discordiæ Imperatorum Constantinopolitanorum tradiderunt Gothis, Italiā, Hyspaniam, Galliam, & Aphricam: & fecerunt has prouincias prædam Gothorum, Arrianorum, Hunnorum, Erulorum, & Alanorum. Multas quoque clades Christianismi legimus ortas ex discordia Anglorum, & Gallorum, & Hispanorum; & omnes hæreses radicasse propter fauorem Principum laycorū, & scysmata, etiam nata ab ambitione Episcoporum, & Patriarcharum, rebellantium Ecclesiæ Romanæ sub vmbra Principum. Scimus Arrianis fauisse Constantium Imperatorem, & Zenonem, & Leonem, & alios, qui penè deleuerunt Ecclesiā, & Regna Catholicorum. Lutherus in fauore Ducis Saxonum, & aliorum Principum, tantam cladē fecit in Israel. Henricus 8. Rex Angliæ, diuisit vnitatē, sicut Ieroboam. Tandē legimus semper nullum Hæresiarcham aut Scysmaticum præfuisse, nisi in armis Principum; & Mahomethum creuisse, quoniam Principes Christiani noluerunt obedire Papæ eorum capiti, qui ipsos vnicbat in vnam Rempub. militarem contrà pestem mahometicam. Et quoties Christiani conuenerunt, vti sub Vrbano secundo, factos esse dominos Asiæ, occupasse Ierusalem, expulisse, & subiugasse Barbaros, depressisse potentiam hostiū, & hæresim extirpasse. Et nouissimè sub Pio V. cōcordes paucos nostrates, ingētē de classe Turcarū, longè nostrā excedētē, victoriā reportasse, qui legit historias agnoscet. Igitur necessariū est inter Christianos cognoscere caput vnū, Arbitrū cōtronersiarū sup. Principes, qui potestatē super eos absolutam habeat cogēdi eos ad bene viuēdū. & armādi omnes vna cōtra infideles, & inobediētes, & sublimandi, eos, qui bonū publicum amant; & defendendi eos, qui opprimuntur

à poten-

à potentioribus. Et dum quispiã bellum gerit contrà hostes fidei, sit tutus domi in virtute Papæ, ne Regnum eius alius infestet Christianus, ob Zelum politicum, sicuti non defuere qui Caroli V. Regnum dum expeditiones parat contrà infideles, vexabant, & torquebat victoriam eius. Et dum Galli proceres in terram Sanctam trajiciunt, à perfidis Græcis, inuidisque, scimus quantis, dolis perniciosè excepte fuit, in cuius peccati pœnam Turcis ism Græcia seruit.

Documentum optimum pro concordia Principum, et tantummodo alterius ab altero; et ab externis hostibus.

Et profectò: Si vel nunc non prouidetur, vt renouato fœdere inter Catholicos fiat Senatus vnus Romæ, in quo omnes Principes consulari pari voto, quæ agenda sunt: & iuxtà tale decretum alij facere cogantur, et se ab in vicem, & à Turca tutentur, sicut dixi in Panegyrico ad Italos Principes; procul dubio in manus hostium similiter tradentur Italia, & Hispania, quę remanserunt in Christianismo Catholico: & habent partem Gallia, & tota fere septentrionalia Regna aduersum se, & Turcas ad latera. Venetiarum, & Hydrunti. Vnde necessitas imminet Ecclesiæ fugiendi in Hispaniam, & inde in Americam, propter discordias tot enatas ex eo, quod nolunt agnoscere Principes nostri vnitatem Imperij Messiæ, sed quilibet excutit frænum, sicut Onager in sui ruinam, & totius Christianismi.

Iccircò enim Christus non dedit legem particularem sicut Moysi, sed vniuersalem de Amore Dei, & proximorum, relinquendo Ecclesiæ suę potestatem cõdẽdi leges particulares, cõuenientes particularibus, & tẽporibus, & nationibus.

probatio 24. ex veteri testamento

At etiam Typicè in Deuteron. 17. Iubet Deus, omnes causas graues appellare ad Sacerdotes illius loci particularis, quem Deus elegit: Sicut fuit olim Ierusalem, nunc verò Roma, & conquestus est contrà Populum Israel, quando voluit diuidere Regnum à Sacerdotio, dicens Samuel: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, & miraculis de Cælo protestatus est. Nihilominus condescendit eorum duritiei, sicut condescendit Sacrificijs animalium vt. Ieremias & Ezechiel testantur; Dans eis precepta non bona; expectans tempus condendi nouum testamentum, & faciendi vnicam modò hostiam, sic etiam vnicum Principem Sacerdotem, & Regem, sicuti promisit Dauidi, & dixit ad Offeam. Dedi eis Regem in furore meo, auferam in indignatione mea &c. Sed sub Messia erit Sacerdos Rex Imperans omnibus vnus (dixit Ezechiel) & Dauid pascet eos &c. & Zacch. erit domus Dauid sicut domus Dei, propter Sacerdotium assumptum, vt in præcedentibus declarauimus.

Tandem id vtrumque D. Thom. 2.2. q. x. probat. omnia s. Concilia à Papa dependere; nec posse nisi ab ipso congregari, nec valere nisi ab ipso firmentur; & non posse appellari à Papa ad Concilium, sed à Concilio ad Papam. Hoc probat Caietanus in Comento: Tùm quia Papa est à Deo dependens, non à populo Christiano sicut Reges politici. Et iterum quoniam acta Concilij Constantiensis, vbi declaratur Concilium supra Papam; & abrogata sunt à tota Ecclesia. Item quoniam quid quid contra Eugen. 4. Papam Concil. Basiliense decreuit, quando & Papam Felicem creauit, defuncto etiam Eugenio, irritum fuit, & omnes adhæserunt Nicolao electo à Cardinalibus; non autem Felici; à Concilio. Item quoniam Concil. Pisanum nihil potuit supra Iul. 2. & seipsum petita venia declarauit scysmaticum quatenùs à Papa non dependere profitebatur. Extat etiam decretum in eod. Concil Lateranensi sub Leone X. Quod Papa sit suprà Concil. Item D. Tom. pot. q x. 4. ad 13. probat: Quod sine authoritate Pontificis non potest Concilium congregari, nec decreta eius valere, nisi ab & confirmentur; & appellari à Papa ad Concilium non posse: posse autẽ à Concilio ad Papam. Et hoc probat iterum auctoritate Concilij Calcedonesis, omnia ad sententiã Agathonis, & Leonis Pontificũ Romanorũ decernentis. Idem probat. S. Thõ. in opusc. 20. lib. 3. cap. 17. & 18. & 19. qđ, & cõciliũ, & Imperator dependẽs à Papa omninò: & qđ Imperiũ laycũ ordinatũ est à Deo ad exequẽdum manda-

cum

» tum S. Pontificis, vt meritò dici possint (ait) Imperatores mandatorũ Papæ exe-
» cutores, & cohoperatores Dei ad gubernandum populum Christianum &c.
» & probat hoc de iure naturæ in cap. 19. quoniam corpus est ab anima. Ergò
secularia à spiritualibus; & corpus à capite. Item de Iure Diuino, Quoniam Pe-
trò dictum est; Pasce oues meas: & non è contrà. Itẽ de Iure Positiuo, quoniã
Cõstãtinus hoc agnoscens, & omnes Imperatores (exceptis Cõstãtio, & Iuliano
Apostatis) vsque ad Carolũ M. deindè Papæ obedierũt. Et simul ex auctoritate
quatuor, Conciliorum magnorum. Item quia Stephanus, & Zacharias autho-
rizauerunt Pipinum pro Ecclesiæ defensione. Et Adrianus transtulit Imperium
ad Carolum magnum. Et Gregorius V. transtulit ad Germanos. Et omnes po-
stea Imperatores Germani (exceptis Apostatis) seruiuerunt Ecclesiæ; & ipsa po-
suit Reges, & Imperatores, prout Ecclesiæ vtile fuit, & addit in cap. 18. tan-
» tum durabit Imperium Principibus Alemanis, quantum Romana Ecclesia, quæ
» supremum gradum in principatu tenet, Christi fidelibus expediens iudicauerit.
» Et subdit: posse mutare hoc Imperiũ triplici Iure, Diuino, naturali, & positi-
uo; in duobus casibus, vel ad fidei totius bonum; vel ratione delictorum enormiũ
iuxta Ieremiæ prophetiam: Vt euellat gentes, & Regna, destruatq; propter de-
licta: ædificet & plantet propter bonum fidei.

Responsio ad argumenta negantium supremã Iudiciariam potestatem Apostolicam super omnes Principes à Christo institutam, & confirmatio Veritatis.

Caput decimumtertium.

An, et cur Christus dixit Pilatũ super se habere potestatẽ.

AD Primum: Christum non agnouisse Pilatum tamquam Iudicem competẽtem; & cũ ait: Non haberes in me potestatem nisi tibi data fuisset desuper, intelligendum esse permisisse vt exponit Chrysostomus, & Cyrillus: vel Pilatũ eò Iudicẽ fuisse, quò erat Cæsaris vicarius auctorizati à Deo Iure naturæ, sicut videtur velle D. Tho. Attamen nõ idcircò erat dominus super Christum, Qui, quoniã erat Deus, & Messias, dominus erãt Pilati. Sed error Pilati, quo nó cognoscebat quis esset Christus, & putabat se Iudicem, & superiorem eius, de facto, non de Iure, fecit illum Iudicem; veluti si quis Iudex procul à sede Regni, incideret in Regem, incognitum sibi, & iudicaret eũ tamquãm latronem, aut Iudex laicus iudicaret Clericum, nesciẽs quod esset Clericus, de facto, non de iure. Sic Christus dimisit potestatem Pilato faciendi quod vellet, in ignorantia sua: qñ cum interrogasset, quid est veritas, non expectauit responsũ? Nec Pilatus capax erat negocij tanti, quamuis Christus illud prædicaret ei, nisi efficacissima gratia, & quasi per vim ipsum rapuisset, & suam passionem impedisset:

Ad 2.

Ad secundum dico: Apostolum Paulum appellasse ad Cæsarem de facto non de iure tamquam ad superiorem. Nam adhuc non erat B. Petrus authorizatus, ità vt posset publicum Iudicium facere, & Ecclesia erat in herba non in stipite, nec in spica. Nec tamen peccauit Paulus appellando; sed vsus est beneficio naturali, quo omnis oppressus recurrere potest ad quemlibet potentem auxiliari in casu necessitatis: Idcircò ipsemet ait. Coactus sum appellare ad Cæsarem. Sicut hodie Christiani subditi Turcharum Regi, ad ipsum appellant. Quod tamèn vetuit Paulus 1. Corin. 6. vbi potest aliter fieri.

Cur Paulus Apost. appellat ad Cesarē.

Sic soluuntur alia argumenta accepta ab illis Pontificibus, qui dederunt authoritatem Imperatoribus nominandi Papam: aut alia priuilegia; Quod propter necessitatem, & vt tollerentur scysmata ità conueniebat. Nihilominus semper manet ius Regni Messiæ suprà omnes mundi potestates. Et quamuis leges multas tulerint Imperatores, & alij Principes super Clerum, hæc fecerunt per vsurpationem potestatis, non per potestatem à Christo illis traditam. Pontifices enim sæpè tollerant talia, quando fecus facere, absque Christianismi ruina, se posse nō vident. Sic, & Christus soluit tributum. Et profectò omnia toleruerunt præter hæresim, & scysma. Non enim dissimulare impossibile est.

Ad interpositas obiectiones Resp. & Principes de facto, nō de iure aliquādo Clericis præfuerit. uel de consensu Sacerdotum.

Quandò verò Salom... priuauit Abiathar Sacerdotio, fuit vsurpatio iudicij vt videtur Bellarmino. Vel potius adimpletio prophætię, & legis; quę Sadocho, faciebat magis ad Iura Pontificatus: vt dixi in cap. 2. Sed videmus e contrà, Regem Oziam depositum fuisse à summo Sacerdote; & similiter Athaliam: quādo Pontifex adhuc non habebat potestatem temporalem quam nunc habet, & Prophetæ Ahias, Helias, Helisæus, Samuel, vnxerunt Reges, & posuerunt, & deposuerunt, non modò in Iudaismo, qui erat pro Christianismo illius temporis: sed etiam in Damasco, qui erat gentilismus, & in alijs Regnis, vt essent in Typum Papæ; qui potest etiam super gentilitatem, Velut Ostiensis rectè sentit, et dicemus infrà. De Moyse autem superius respondimus, quod erat Rex, & Sacerdos; & habetur in Psalm. 98. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius; & exponitur in Concil. Hispal. 2. Et apud Pontific. Anic. & Leonem primū. Idē decet S. Bernard. libro suarum sententiarum dicens. Tres sunt, qui assumuntur ad Sacerdotium, Moyses, Aaron, & Samuel, quod etiam dicit eisdem quasi verbis S. Chrysostom. Tom. 5. vbi laudat numerum Ternarium, in hominibus nunc nō memini. Tù vide. vt taceat Couarruuias. Idem docuimus suprà ex officio: quia Moyses sacrificat, & ordinat Sacerdotes. Quod fieri non potest nisi à Sacerdote, vt patet apud Gratianum, Quia nemo dat, quod non habet. Alioquin frustra puniretur Rex Ozias. Sed vt taceat adulator, sciat esse decretū in Concil. Hispal 2. per Pontifices firmato, quod Moyses & Aaron erant Summi Sacerdotes; filij autem Aaron Præsbyteri.

Cur Salomon Latius priuat Abiatar Sacerdotem.

Retorquetur argumentum. Sacerdotes, & prophetę deposuerunt Regem aliquādo, & posuerūt alios, non modo in Iudea sed etiam in Gentilismo in Typū potestatis Papalis.

Moyses, Sacerdos contra Couar.

Ad tertium nunc respondeo, Actionem Christi in soluēdo tributo ne scandalizaretur mundus: putans Euangelium fundari in licentia, & inobedientia, vt Galileis hæreticis placebat (cum non intelligerent adhuc gentes exemptionem clericalem, & ius diuinum, & naturale, & clericatum Christianum) fuisse institutionem, vt cedamus laico, & omnibus, bona hæc temporalia, ne oriatur scandulum in Euangelio. Sed tamē declarauit: quod liberi sunt filij, quoniā Clerici sunt quasi filij Dei: laici quasi serui. Aut quia sunt de familia Christi Principis vniuersalis; & ideò exempti, vt docet Hieronym. Super Math. 17. & Augustin. Euan. q. 37. Hæc eadem verba exponens Sotus lib. 4. de Iust. & iur. q. 8. art. 1. dicit: Exemptionem Clericorum esse de iure diuino.

Iste census est tributum, quod soluitur iuxtà æstimationem bonorum temporalium, vt habetur l. firma. ff. de censib. Postea verò sic dictum est, quod soluitur viritim in signum subiectionis, de qua repræhensus est Dauid ait Sotus lib. 6. q. 5. ar. 1. & Iosephus in 7. de Bello Iudaico dixit fuisse Dam Tributum dimidij sicli, quod in Exod. 30. iubetur Hæbreis: quodq; sibi Romani Principes deinde vsurparunt. Ergò solum Hæbrei tenebantur illud soluere. Ergò quando

dixit Christus; Liberi sunt filij, nō intelligit Hæbreos. vt exponit Pseudo Theologus, sed Clericos. Nā, Vel soli Hæbrei tenebantur: tātum abest vt ipsi eximantur: Ergò Christus soluit non de iure, sed de facto; vt qui nunc sunt Clerici in Imperio Turcarum, soluunt tributum, licet sint liberi; & ità protestentur, vt Christus. Sed Nationis cuiusq; Sacerdotes proprij, liberi sunt iure naturæ.

Cur prò se, et pro Petro.

Hoc etiam valdè notandum, quòd Christus soluit pro se, & pro Petro; non autem pro cæteris Apostolis; quoniam solus Petrus repræsentat Christum cum omni potestate debita Messiæ: & sufferet eadem cum Christo ad ædificationem Christianismi; vt Patres hic adnotarunt.

Retorquetur argumentum. Decimarū acceptio, est ius dominij, non sola merces. Bt. Sosi. Confutatio.

At contrà omnes Laici tenentur soluere decimas Clero, ergò omnes subiecti sunt Iure Diuino. Sed obuiat Sotus dicens, hoc esse ius stipendij, & non dominij, iuxta illud: Dignus est mercennarius cibo suo. Contrà quem ego idem dicā de tributis, quoniam donantur vt merces, ad sustentationem Principis, & militum defensorum Reip. et ad structa viarum reficienda, & pontes, & muros: sicut etiam ipse docet lib. 6. q. 5. Et D. Thom. ad Rom. 13. lect. 2. docet, quod Principes suscipiunt tributum quasi stipendium sui ministerij: sicut qui pascit gregem, et de lacte eius edit. Nec tamen propterea sequitur non esse dominum illum cui soluitur tributum. Sed (inquit addo) Ius dominij, certiùs, & iuſ-
" ius fundant decimæ, vt dicunt Canones, quod Deus sibi reseruauit decimas omnium rerum, in signum vniuersalis dominij. Et hoc sæpè habes in Moyse, & in Extrauagant. Vnam Sanctam. Sed vt faciamus obmutescere aduersantes Clero, prodeat Apostolus Paulus; qui ad Hębreos demonstrat: Melchisedech' fuisse maioris auctoritatis, quàm Aaron, quoniam Aaron in lumbis Abrahæ soluit decimas Melchisedechi. Ergò nō est merces sofforis decima, sed veri domini
" à Deo authorizati, & veræ potestatis, vt ait Paulus: Non quia non habuerimus potestatem &c. Vocatur autem merces, quatenùs Dominium christianum est labor, & opus, vt diximus in prioribus capitulis &c.

Conuincitur Aduersarius.

An, et quomodo Petrus subijcit Clericos.

Ad Quartum Respondemus, quod S. Petrus docens, vt simus subiecti omni humanæ creaturæ, siue Regi, siue ducibus. & .c. Non ponit clericis subiectionē, sed commendat humilitatem; alioquin oporteret etiam subditum esse cuilibet cloacario de iure, cum dicat, Omni creaturæ. Item hoc intelligi de facto, & non de iure, quando adhuc Ecclesia non erat auctorizata, nec debebat Principū ira irritari contrà nascentem euangelicam fidem, sed dare etiam pallium petenti tunicam, vt Christus admonuit.

Bt. Ad Autoritatem Apost. Rom. 13.

Idem dicendum est, quando Paulus iubet solui tributa Principibus, & omnē animam subditam esse sublimioribus potestatibus: licet addat; Qui potestati resistit, sibi damnationem acquirit.

Sed ex his auctoritatibus aliud non elicitur, nisi quod quilibet suo sit subditus Superiori; alioquin Etrusci deberent obedire Regi Hyspanorum; cum sit sublimior potestas Regia, quam Ducis Etruriæ. Et quoniam Clerici non sunt subditi laico Principi: ergò per Apostoli verba, neque ad tributum, neque ad subiectionem sæcularibus adiuntur.

Ità etiam Interpretandus est Chrisost. cū dicit: Nullum Prophetam, aut Euāgelistam eximi ab obedientia superioris potestatis, hoc est, legitimè, ac propriè. Quandoquidem ipse Chrysostomus nunquam obediuit Principibus laicis; & mortuus est in exilio, potius quàm Imperatori, & Imperatrici mori em gereret. Nec ad Synodum voluit inimicorum venire Episcoporum, vocatus ab Imperatore, cernens esse contrà ius, fupponere se iudicio manifestorum inimicorum, sponte venditorum laicæ voluntati. At si vis fiat in verbis Apostoli, Omnis anima sublimioribus potestatibus &c. Sequitur contrà eos, Quod cum non sit in
" mundo potestas sublimior Papali, oportet omnes ei subiectos esse Principes, & vassallos eorū: simulq; tributum debere. Et hoc rectè sequitur, & omninò, cui etiam supponimus Euangelistas, & Prophetas cum Chrysostomo. Præterea Chrysostomus in Babilam, rectè probat, Dominium mundi plus ad Sacerdotes,

quam

quam ad Imperatores pertinere; & non solum Episcopos, sed monachos meliores esse Regibus vbique ostendit iure naturæ, & diuino; quod etiam S. Martinus in mensa maximi Imperatoris declarauit.

Ad D. Thomam dicimus, quod quamuis ipse dicat exemptionem Clericorũ esse de iure humano; non tamen negat quin etiam sit de iure naturæ, & diuino, vt apparet ex historijs Christianis, & Hæbraicis, Gentilibus, & ex alijs libris eiusdem D. Thomæ: præsertim de Regimine Principum; Quin non modo eximuntur tributis Sacerdotes in lege Rom. & Ægyptiorum, & Iudeorum, & Iaponensium, & Americanorum, & Medianitarum, & Arabum, & Æthyopũ, sed etiam aluntur publico stipendio, & decimis. Et Ioseph subiecit Pharaoni omnem terram Aegypti, præter Sacerdotalem. Et has Historias adducit S. Tho. in commento eiusdem contextus Rom. 13. probando esse de iure naturæ exẽptionem Clericorum; & Principes sœculares hoc illis dedisse propter æquitatẽ (inquit) naturalem, & diuinam, non ex propria tantùm lege positiua. Legatur D. Thomas ibi ad cap. 13. lect. 2. Ergò stat firmamentum in naturali Iure, & Diuino. Quis enim subijciat spiritualia temporalibus, & animam corpori, & Deos hominibus? Plato, & Arist. idem testantur, & omnes. &c. Præterea ipsemet D. Thomas. in opusc. 20. de Regim. Princ. cap. 18. 19. & 20. probat Papam habere potestatẽ in tẽporalibus, & spiritualibus sup omnes Reges terræ de iure naturali; quo corpori imperat anima, & de iure Diuino, quo dicitur Petro, Pasce oues meas; & de iure positiuo, vt patet in praxi ex tempore Constantini, vsque ad nos; quoniam semper Papa posuit, & deposuit Reges, dedit titulos, & abstulit; idem docet 2. dist. vlt. in vltimis verbis; item 4. sententiarũ dist. 22. huic doctrinæ conformiter, quod notauimus contra negantes opusc. 20. esse D. Thomæ, idemque eius discipulus B. Augustin. Ancon. docet lib. de potestate Papæ. & Egidius Columna cõdiscipulus: cui adscribunt opusc. 20. S. Thomæ.

Ad authoritatem S. Thomæ.

Ad Quintum; Cum dicunt, Christum noluisse iudicare de Temporalibus, sed rogatum vt diuideret inter fratres hæreditatem, dixisse: Quis me constituit iudicem super vos? Ex quo inferunt non missum esse à Patre ad iudicandum sœcularia, sed solum ad prædicandum spiritualia, & fortè iudicandum. Ego respondeo, quod Christus adhuc non capessiuerat dominium illud tẽporale, qd acquisiuit iure redemptionis per mortem? Vndè non erat antiquata lex Moysi, nec promulgata Christiana, nec auctorizata vsq; ad illud punctum, cum dixit: Consumatum est: sicut exponunt omnes Theologi. Ergò cum per legem iudicandum esset, recusauit Iudicium veteris legis, non autem nouæ; sed tã subito subiunxit Consilium Euangelicum iuueni requirenti iudicium legale, dicens; Non consistere sœlicitatem in possessione multæ substantiæ; & ostendit quam alienum erat iudicium Christi abeo, quod iuuenis ille requirebat. Nam Christus venerat non diuidere substantias fortunæ, sed facere omnia communia, sicut apparet in sua Reip. constituta in communitate simili Socraticæ, teste S. Clemẽte, & Philone, & S. Luca; Diuisio autem facta est inter Christianos, condescendendo imperfectis: sed remansit Communitas in Clero, & monachis, & perfectionem profitentibus fratribus.

℟. Cur christus noluit iudicare, de hæreditate.

Christus est uerè Iudex omnium in omnibus controuersijs.

Præterea quando quidam alius dixit ad Iesum: Magister bone. &c. Respondit Iesus: Nemo bonus nisi solus Deus, quid me vocas bone. &c. Itaquè posset et quispiam negare quod Christus sit bonus, aut quod sit Deus propter hæc verba, vt facit Machometus, hec ipsa allegando: absit. Sic, & ego inquã, quod eadem ratione respondit Christus, alteri interroganti: Quis me constituit iudicem. Quasi dicere vellet quod prius deberet agnosci, quod ipsse esset Messias; nam tunc statim manifestum erat ex scripturis, & expectationibus, quod ipse esset Deus, & homo, & Rex, & iudex viuorum, & mortuorum, huic interroganti: Illi verò alteri, quòd bonus absolutè, & simplicitèr. Et vt talem cognouerunt ipsum Apostoli; & ideò vocant eum absque repræhensione iudicẽ

Confirmatio Resp. retorquetur argumentum.

Christus Iudex pr. ratio.

 viuorum,

viuorum, & mortuorum, & Deum. Iudicat quidem viuos nunc per Vicarios, mortuos verò per se in iudicio vniuersali. Hoc autem notum erat in Prophetis vbi scriptum legebant: Vocabitur Deus fortis, Princeps pacis &c. Et faciet iudicium, & iustitiam in terra. &c. Quod iudicium post mortem obtinuit, quãdo etiam dixit: Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra, & dixit Petro: Pasce oues meas. & Isaias 33. Stabit in excelso, & implebit Syon iudicio, & Iustitia &c. Roma interpretatur excelsum Hæbraicè:, vt videas omnia à spiritu sancto quoq; pacto prædicta. Et In 16. postquam dixit. Emitte agnum Domine, Dominatorem Terræ &c. Sequitur. Præparabitur in misericordia solium; & sedebit super illud in veritate; & in tabernaculo Dauid, Iudicans, & reddens velocitèr quod iustum est &c.

E. ratio: Isaias Hierem. 24.

3. ex Isaia

4. Ex Isaia

5. Ex Isaia

Et alibi: Omnem linguam contradicentem tibi in iudicio iudicabis. hęc est hæreditas seruorum Domini &c.

6. Ex Dauid

Et alibi: Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis, &c. Hoc dominium non est post vniuersale iudicium; quoniam tunc solus Deus erit omnia in omnibus:, & ipse filius subiectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, dixit Apost. 1. Cor. 15. sed intelligitur in Regno Messiæ, vt dictum est: quoniam, & iudiciũ finale subitò fiet &c.

℟. ad obiect.

Et licet dixerit Iesus. Non venit filius hominis vt iudicet mundũ, vt sed saluetur mundus per ipsum: tamen dixit quoq; Pater omne iudicium dedit filio. Et non intelligitur de vltimo tantùm iudicio in fine sæculi, sed de omni, & semper. Quoniam in tabernaculo Dauid à Prophetis ponitur, (idest in Ecclesia) vt dominator, Iudex, in qua; Quia tradidit animã suam, videbit semen longæuum super terram; vti dixit Isaias. & Dauid ait: Iudicabit pauperes Populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit caluminiatorem, &c. ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum. Hoc in psalm. 71. Qui incipit. Deus iudicium tuum Regida. &c. vt de iudicio etiam temporali intelligas.

7. Ex Euang. Retorquetur Argumentum

8. Ex Dauid.

Arg. retorquetur,

At si adhuc verba illa, Non vt iudicet mundum, in litem adducuntur: tunc opus esset etiam tollere tribunal Ecclesiasticum, ne dum temporale Episcopis. Quod tamen Apostoli retinuerunt tamquam à Christo institutum, dicẽte Paulo ad Tim. Accusationem Præsbyteri non accipias nisi in duobus authoribus testibus. &c. sed vt etiam videas, quòd causas quoq; temporales iudicet Apostolicus Iudex, dicit ad Corint. Sæcularia iudicia si habetis, illos constituite ad iudicandum &c. Deinde admonet eos, vt faciant iudicem, qui sit sapientissimus in Ecclęsia, & demonstrat, quod iudicia sæcularia pertinent ad Iudicem Ecclesiasticum, & longè magis. An nescitis quòd Angelos iudicabimus; quanto magis sta sæcularia? &c. Quid clariùs?

9 ex Apost. 1. Cor. 6.

Ergò non venit filius Dei, vt Iudicet mundum, hoc est, vt faciat iudicium finale, ad quod venturus est in fine sæculorum, sed temporale, quod dirigit homines ad bene viuendum, ipse benè instituit in Ecclesia, & substulit iudicium iniustum, & temerarium: Nolite iudicare, & non iudicabimini; sed postea addit: Quod iustum est iudicate. Nescio ergò quid insaniant Theologantes nostri in littera sine spiritu, & sine littera.

℟. Vera ad Argum. Principale.

Ex his rationibus, & testimonijs diuinis, palàm est audax stultitia Pseudo Theologi, asserentis potestatem apostolicam non extendi nisi super peccata soluendi, & ligandi, &c. Quoniam si peccauerit in te frater tuus &c. Et quia Christus dicens: Data est mihi omnis potestas, Statim insufflauit, & dixit: Accipite spiritum sanctum; & quorum remiseritis peccata. &c. Et sic dedit illam Petro: & cœteris.

℟. Cõtra eos, qui dicunt Apostolorum autoritatem esse solum super peccata.

Ad quod Respondeo; hanc esse dissimulatam ignorantiam; quoniam si ipse voluisset bene legere auctoritatem, quam Prophetæ tribuunt Messię, & Regno eius; inuenisset eam spiritualem, & temporalem, & vniuersalem, vt patet ex dictis. Sed pròculdubio potestas remittendi peccata est omnium maxima: atque

℟.

Arq; includit alias omnes ; sed explanta ER Petri auctoritas super omnes Apostolos, in superioribus Capitulis, & quomodo Christus dedit illi nomen Petræ sibi proprium ; & fecit ipsum fundamentum. Et quodcumq; ligueris &c. Et postea seorsum : Pasce oues meas, quoniam diligis plus his. Ergò ipsi qui non tantum diligunt, non tantam iurisdictionem pascendi accipiunt &c. Et quod ad pascendum requiritur doctrina, sed non modò Philosophorum more, sed doctrina auctorizata more legislatorum ; & ad legem requiritur directiua, & cœrcitiua, potestas, ergò &c.

Repetio dictorum pro auctoritate Petri.

Deinde dico, quod si homines non peccarent, sufficeret pars directiua ; vt ait S. Gregor. Papa : Quod si Episcopi non errarent, ipse non exerceret super eos authoritatem. Sed quoniam in omni negocio humano accidit peccatum, super omnia extenditur potestas Apostolica. Quando tamen vis etiam illam limitare per glossam hanc, Super peccatum &c. vera Dominatio est leges dare, & facere homines probos præceptis sanctis ; sed postea contrà transgressores necessarium est flagellum vt contra bestias. Et quidem si totam naturam consideres ; voluptate, & dolore adiguntur omnia ad finem suum : Sic ædimus propter famem, & delectationem : sic vtimur venere, : sic elementa congreduntur ad faciendas secunda entia, ergò qui negat in Ecclesia temporalem potestatem, destruit auctorem naturæ.

2. Resp.

Nota ex philosophia.

In principio Ecclesia iudicabatur aliquando palàm depeccatis, & fiebat de aliquibus confessio publica, teste Nicephoro ; sed in Ecclesia Romana confessio generaliter adhuc durat publica, particularis verò secreta, & hoc quidem Socrates, sapientissimus Philosophorum desiderabat in sua Rep. vt videlicet quicumq; peccaret, non expectatis testibus, & accusatoribus cogentibus, sponte ad Iudicem iret, & confiteretur delictum, & daret pœnam, & non per vim sicut Bruta, teste Platone in Gorgia. Sed deinde erubescentia peccatorum traxit Christianos ad confessionem secretam, in secreto tribunali : vnde videtur potestas Sacerdotalis imminuta istis Theologis venundatis : cum tamen Apostoli publicè peccanibus, iubeat pœnam publicam ; secretò, secretam. Ergò eadem potestas extenditur ad vtrumq; & insuper ad absoluendum. Et hæc est suprema potestas Apostolica.

In lege naturæ teste Iustino martire.

Item Principes laici puniunt ad vindictam : Ecclesia vero ad medelam, vt Socrates, & Plato volebant ; quoniam peccata facta, non possunt infecta fieri ; sed vt peccator, & alij exemplo eius non peccent, exigitur publica pœna.

Præterea ; Principes laici non possunt homines à peccato absoluere, nec declarare absolutos coram Deo. Hanc auctoritatem habent Sacerdotes, quæ diuina est res ; vndè patet esse eos mediatores inter Deum, & homines. Ergò præcedere omnes ; Nec quia hoc habent, vt proprissimum, excluduntur à reliquis iudicijs laicis, sicuti neque quia Rex tractat consilia Regni maxima, caret potestate Iudicum minorum, qui tractant minima, sed præcedit, & præhabet, & includit ; & vt dicit Ambros. Nulla potestas temporalis potest illi comparari ; & Basiliis Imperator in 8. Concil. Not. ait, non possumus æquari Sacerdoti : sicut nec Ouis Pastori vnquam. Idem confessus est Constantinus, & Carolus Magnus. Ergò cum sit Sacerdos iudex super peccata, & super occultà, occultè, & super manifesta manifestè, vt cæteri timorem habent, sicut dixit Apost. Imò, & vsus est contrà incestuosum Corinthium. Ex quo etiam est iudex peccati, & mediator inter Deum, & hominem ; sequitur, quod potestas eius superemineat omnibus ; & quod quando errat Imperator, vel alius Princeps, possit reprehendere eum in publico, aut in secreto, iuxta cõditionẽ peccati, sicut fecit Ambrosius, & Chrysost. ac Pontifices plurimi. Imò, & Ber. Abbas in Comitè Tholosanũ. Ac quãdo Principes facũt alios quoq;

Idè dicit Bern. lib. de Consid.

peccare

peccare, & populos Dei vexant facinoribus enormibus, & Tyrānide, potest eos castigare sicut Pastor oues, & correctione priùs, atque gladio deinde; vt Pontifices Romani sæpe fecerunt; alioquin oues non essent sub Pastore. Vt autem posset hoc facere summus Sacerdos, necesse erat illi habere potestatem vniuersalem absolutam in Spiritualibus & temporalibus; cum Christus sit sufficiens legislator. Ergò quando dixit: Quodcumque solueris, & ligaueris super terram, erit, &c. & Pasce oues &c. omnem potestatem contulit Petro, quæ requirebatur ad regimen vniuersi, & condendi leges, & abrogandi, & ponendi, & deponendi Principes, vt docet S. Thomas. Et quidem hoc necessarium est ad ædificationem corporis Christi; sicut de Messia prædixerat Hieremias: Vt euellas, & destruas, ædifices, & plantes. Et prophetatum est de potestate Apostolica vniuersitèr, & vniuersaliter ipsam Christus protulit: Quodcumq; solueris, &c. & Pasce &c. Nihilominus Theolgi nostri addunt tot glossas, quibus incautè præbent ansam ad diminuendum, & particularizandum eam, & diuidendum vnitatem Ecclesiæ, & prębendam licentiam cuilibet faciendi vt libet; & facultatem infidelibus destruendi penitùs populum Dei; parcat Deus tantę stultitiæ, & impietati.

Papa omnia potest quomodo uerè glossatur ab Apostolo.

Vera igitur glossa nó est illa, Directè, & Indirectè; neque Ly super peccatū; neque Ly Spiritualiter, & tęporaliter: nec pastoraliter, & non Monarchicè; sed quā attulit Apostolus Paulus sic: Omnia possumus ad ædificationem, 2. Cor. x. nihil possumus ad destructionem. Et omnia possu- 2. Cor. xiij. mus pro veritate: nihil possumus con- tra veritatem, &c. Et hæc glossa non minuit, sed nobilitat, & Euangelicat Apostolicam potestatem, si rectè inspicias.

✠

Du-

Duplicem glossam Apostoli illorum Verborum, Papa Omnia potest, veracissimam esse, ac omnibus præferendam.

APPENDIX.

OBIECIT mihi quidam erroris notam, propterea quod fecerim Papam Dominum in temporalibus, ac spiritualibus, directè. Respondeo hoc verum esse; & contrarium asserere in spiritualibus, est hæresis; in temporalibus verò error in Pyhlosophia, qui facile parit errorem in Theologica politia. Nã idem quod ego, scripsit D. Thom. in 4. sent. dist. 20. art. 2. q. 3. Vz. Papa habet plenitudinem potestatis in spiritualibus, & temporalibus: à quo omnis alia potestas dependet. Et ideò (ait) est Rex, & Sacerdos: Item in 2. sent. d. 43. in q. vltimò addita expositioni textus ait S. Thom. quod magis obediendum est in spiritualibus Prælato, & in Ciuilibus Principi, nisi forte potestati spirituali, etiam sæcularis potestas coniungatur, sicut in Papa, qui vtriusq; potestatis apicem habet, scilicet spiritualis, & sæcularis; hoc disponente, qui est Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Rex Regum, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur in sæcula sæculorum. Amen. Idem docet in opusc. 20. lib. 3. cap. 10. 18. 19. et probat; quod non solum in spiritualibus, vti quidam volebat; duplici ex ratione; Primò quia sicut corpus ab anima, ità Principes laici à Papa, qui regit animas dependere debent. 2.° ex vsu. Nam Constantinus non dedit sed cessit Imperium Syluestro Papæ: Et Papa fecit Carolum magnũ Imperatorem, eiusq; successores in Occidente. Probat etiam quod Imperatores Græci antequam Scysmatici essent, omnes obediebant Papæ.

Item cap. 14. ibidem probat, quod quilibet Rex Christianus tenetur subijci Papæ, sicuti Christo, cui data est omnis potestas in Cœlo, & in terra. Et in cap. 19. Triplici iure probat; Dominium istud Papæ super omnes Reges, Vz. Diuino, Naturali, & Positiuo, vti probat vsus: hæc D. Thomas.

Quapropter Ego in Thomistarum choro, nó potui assentire dicentibus, quod indirectè Papa habet potestatem super laicos Reges, etiam in temporalibus: sed dixi, Secundariò in temporalibus, in spiritualibus verò principaliter, vt videtur docere Bernard. primo de Consid. ad Eugen. & D. Thom. Nam ait, quod Si anima dominatur corpori naturaliter, & corpus est propter animam, & bona temporalia propter corpus: Papa, qui dominatur spiritualibus, & animis per Religionẽ principaliter, multò magis corporibus, & externis bonis subordinatis directè. Hac cõsequentia vtitur Papa in Decret. deponens Imperatorem, & accipit ab Apost. 1. Corint 6. An nescitis (dicẽte) quòd Angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia? Et quidem in illo textu constituit Iudices in Ecclesia. Porrò si bona temporalia non subijcerentur corpori, & corpus animæ, Papa non haberet Dominium directum sicut nec

Cæluus

Cœlum habet directum in humanam mentem, propterea quòd habet in corpus ab eo gubernatum; sed indirectum: non enim mens corpori subordinatur. Similiter seruus habet ius indirectè in dominum suum, quatenùs scilicet petendi alimenta, & dierum festorum vocationem. Et Rex Hyspaniarum habet dominium indirectum super Cardinalem Granuelam Proregem Neapolitanum; quatenùs est Rex Neapolitanorum; idemq; dicimus de alijs Principibus, opera Prælatorum in temporali regimine vti volentium. Quaproter licet benè forsan intelligat Bellarmin: non tamen loquitur benè ad mentem D. Thomæ, nec ex vocabulorum congruenti significatione. Idem D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 84. vsq; ad 89. docet, quod Cœlum agitin corpus per se; in potentias organicas per accidens; quia informat corpus, in intellectum verò indirectè, quoniam nullius corporis est actus, vt dicit etiã Aristoteles. Si Ergò in doctrina Thomistica dicerem, quòd Papa indirectè dominatur laicis in temporalibus, & solum directè in Spiritualibus, facerè illum dominium, non per se, nec per accidens, sed longè minus; Sicut Cœlum super intellectum, in quem nihil potest, nisi quatenùs ministrat vitam corpori, in quod corpus Cœlum potest: & sic Principes laici possent ex hoc dici Papa meliores, sicut intellectus Cælo melior est. Et quoniã audiui Sixtum V. Pontificem Maximum, habuisse in animo prohibere libros authoris satis noti, extenuantes per Jy Indirectè potentiam Papæ, maximè cum viderim quendam Theologum, Venetos ad scysmata sollicitantem contrà Paulum V. ad quem misi hunc librum contra illum, abventem authoritate Bellarmini contra Papam: Ego volui inhgrees S. Thomæ dicenti: Secundariò. Et Apostolo 2. Cor. 10. & 13. dicenti, Se habere omnem potestatem ad ædificationẽ, non ad destructionem. Et iterum omnia possumus pro veritate: nihil contra veritatem. (Iste duę sunt glosse verè apostolicæ)

Et propterea probaui fortissimis rationibus ex veteri, & nouo Testamento, hanc potestatem vniuersalem cum D. Tom. ex illo textu. Data est mihi omnis potestas &c. Matth. 28. Ergò Regia, & Sacerdotalis, quia secundum ordinem Melchisedech, qui fuit Rex. & Sacerdos. Psalm. 109.

Item Paternalis, quia pater futuri sæculi. Isai. 9.

Item Oeconomica: quia constituit illum Dominus super familiam suam. Matth. 24.

Item maritalis, quia sponsus Ecclesiæ Ioan. 3.

Item cum vtroq; gladio, altero ex femore iuxta Psalm. 44. quod est Epitha lamium ad sponsum Ecclesiæ. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Altero ex ore. in Apocalyps: primo. Ex ore eius per ebat gladius ex vtraq; parte acutus. Et iterũ habebat scriptũ in fœmere (gladijs. icet materialis) Rex R gũ. & Dominus Dominantiũ. Sic Rogerius Rex in capulo ensis ad femur scriptum gerebat. Appulus, et Calaber, Siculus mihi seruit, & Afer. & probaui, quod has potestates omnes habuit à Christo, vt sit sufficiens, & non diminutus hęres, & Princeps mundi, sicuti docet Bernard. & Canonizatur hæc doctrina per Bonifac. 8. in extraiag. vnam Sanctam, ità vt contraria, quàm defendit Censor, sapiat hæresim; & hunc esse sensum Ecclesiæ Sanctæ, & D. Thomæ, quem ego teneo, demostrat Augustinus Anconitanus, qui discipulus S. Thomæ Parisijs fuit vna cum Aegydio Cardinali similitèr Augustiniano, in libris de Potestate Papæ per totom: ne dum ipse D. Thom. in 2. & in 4. sententiarum.

Omnia

Omnia Regna mũdi, Spiritualia, ac temporalia, instituta esse à Christo Deo; Et post incarnationem, Pontificiam potestatem Apostolicam superpositam super omnia Regna mũdi, nõ vt illa auferret, & tolleret, sed vniret, & corrigeret, & reformaret, & quatenùs opus esset, ad ædificationẽ Christianismi poneret, & deponeret: Et omnes potestates dependere ab illa, non à Repub. principalitèr: Et de communitate Reip. Xpianæ etiam in temporalibus: Et Regib⁹ præstare dependentiam sui, & populorum à sũmo Sacerdote in controuersiis nascentibus inter populos, ac Reges, & inter Reges, & Reges; quam à Rep. vèl parlamento Iudiciũ expectare; aut a quocumq; alio tribunali; vt praxis demonstrat.

Caput Decimumquartum.

DICEBANT ijdem Theologi, auctoritatem Principum non dependere à Deo immediatè, sicut Papalis Iure diuino; sed mediantè iure naturali, dato Reip. ad seipsam cõseruandam. Ergò dependere immediatè à Rep. quæ potestatem habet regendi se; quam confert Principi per electionem, deinde largitur eam posteris per successionem, prout à principio placuit cuilibet Nationi. Sed nunc non posse Remp. auferre Principibus collatam potestatem, nisi cum fuerint Tyranni: Posse quoq; eos per emptionem, aut iustum bellum, aliena Regna occupare; sed nullatenus dependere à Papa, sed solum vbi deuiant à Cælesti tramite, posse à Papa corrigi, nec ab eis ad Papam appellari posse. Quin Couarruuias asserit, Papam in temporalibus à Rege dependere; sepeq; etiam in spiritualibus, sicut Aaron à moyse: esseq; Sacerdotium, & Principatum disiunctas dignitates; sed priuilegio laicorum, Clericos dominia quædam possidere; & Pseudoteologus exemptionem tributorum, & fori. Nam ita sibi videtur dicere D. Thomas: & primi Imperatores declarasse. Nam, & Imperium Laicum fundatum erat antè Christi aduentum.

Contrà præfatas omnes opiniones, demonstratum est in præcedentibus sermonibus; Regnum Messiæ vnum esse, vnumq; habere caput, Dominium omnium in temporalibus, & in Spiritualibus, & omnes Dominorum titulos, siuè electionis, siuè subcessionis, siuè emptionis, siuè iusti belli, à Papa dependere, vt Christi Dei Vicario.

Primò Quoniam Christus est verbum Dei, Sapientia, & Ratio eterna. Ergò etiàm in lege naturæ, omnes Dominiorum tituli rationales, pendent à Christo, Ratione, & Sapientia prima, quę dixit: Per me Reges regnant &c. & Data est à Domino potestas vobis, &c. Porrò hęc Ratio, cum incarnatur condescendens nobis, quibus erat inaccessibilis, non amisit Dominium, quod habebat, sed iure redemptionis adauxit. Hæc enim humilitas magna non minuit Maiestatem,

Vide R. ad Couarrus quod Moyses erat summus Sacerdos in cap. 13. & in cap. . .

Qđ õnis dominorũ titulus sit à sapientia Dei Xpo: ac sub sit eius Vicario:

a

P ratio ex eo quod Vicarius est Xpi Dei oem̃ potem̃ bẽtis Iure creẽtis & iure Redẽptionis

„ Prou 8.

„ Sap. 6.

ait S. Leo; Ergò veris & manifestiùs & magis dependet à Christo nunc omnis potestas, quàm ante incarnationē. Sicut ipse dixit: Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra. Matth. 28. Et D. Thom. declarat opusc. 10. lib. 3. Ideireò cum Petrus huius inearnatæ Sapientiæ factus sit Vicarius, accepit omnes potestates, quatilla habebat, & quibus opus erat ad hominum gubernationē iuxtà typū Hyeremiæ: Vt euellat, & destruat, ædificet, & plantet, & reformet. Alioquin non esset Regnum sufficiens, & vniuersale. Palàm autem est, quod Christus semper in vniuersali dat hanc potestatem, dicens, Pasce &c. Confirma &c. Quodcumq; &c. Ergò omnes tituli dependent ab illa Petri auctoritate; quæ est Dei. Et profectò nisi ita foret, neq; corrigere posset humanas potestates Petrus, propter easdem aduersariorum rationes, quod nolunt. Ergò seipsos destruunt.

2. Ratio.

Ex Isaia

Ex Dauid
Ex Ezech.
Ex Tobia

At si prophetias contueare (Erit radix Iesse, quæ exurget regere gentes; super ipsum continebunt Reges os suum. &c. Dominabitur à mari vsque ad mare. &c. Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei &c. & Reges eos in virga ferrea; &c. & Reges ministrabunt tibi &c. Et erit Rex Imperans omnibus vnus. &c. & Gaudebunt in ea omnes Reges, & adorabunt Regem Israël &c. aliisque innumeras prophetias in superioribus Capitulis appertas) benè quidem intelliges omnes titulos dominatyum rationaliter pendere ab ipsius Messiæ dominio; & omnes potestates, à sua prima potestate, cui aucta est in Cælo, & in terra, insuper merito passionis, vt ipse testatur.

Ex oppositis.
Ex Vnitate capitis ab Apost. Ephes.

Dicere quod Potestates humanæ dependent à Rep. est quidā Peripatetici mus, quo non labefactati legistæ melius sentiunt. ac loquuntur, quam aliqui Theologi. Nam Resp. Christiana habet vnum modo corpus ex quo totum corpus compactum &c. vt ait Apost. Ergò omnes potestates pendent ab hoc capite, nisi sit monstrum: & hoc probauit etiam Arist. 12. metaphysice. Item D. Tho. in 3. de Rege. Prīc. propter hanc ipsam rationem docet omnes Principes dependere à Papa, & nō è contra, quoniā Papa à Deo habet potestatem; & Principes à Rep. quæ à Deo Papæ subiicitur.

3. Ex legis unitate.

Item. n. hæc Respublica legem habet à Christo. Nulla autem lex est inter Christianos nisi Euangelica. Ergò omnis electio, successio, emptio, iuś bellicū, regulari debet per Euangelium. Cuius cum papa sit minister primus, erit, & ipse Dominus, norma, & iudex, omnium regiminum Christianorū. Et quamuis reperiantur aliæ leges Ciuiles, & Pragmaticæ; hę non stant sicut pendentes ab alio capite antè Messiam incarnatum, sed in quantum approbantur à Messia, & Vicario eius; vel saltem permittuntur, donec euacuauerit omnes Principatus & Potestates.

4. Ex falsitate sectus opinatissimum.

Porrò si opinantes contrarie, non considerant Christum tanquàm Deum humanatum, & tanquam primam Rationem Architectonicam omnium legum, sed tamquàm hominem sectarium, particularis dominij institutorem, & non vniuersalis; & coarctant ipsum regulis Aristotelis, qui non agnouit prouidentiam Dei, nec futurum sæculum, nec virtutem Religionis, nec regnum vniuersales quod sibi videtur impossibile. Quo igitur pacto recte iudicare queant, qui eiusmodi præiudicijs sunt imbuti?

5. Ex ratione Synodi quinte.

Preterea in V. Synodo cap. 4. damnantur qui dicunt cum Mopsue Steno; Christianos dici à Christo, sicut Platonici à Platone. Ast hoc non potest damnari secundum vocem: Re verà. n. sic dicuntur. Sed damnatur secundum rem, quatenus Christus intelligitur p hanc denominationem, ità Principes explicitè modò Christianorum, quòd non omnium Nationum, & Principum, & Regum vniuersaliter; & inter Christianos solum Principes limitatus ad spiritualia, ex certis modis, sicut Plato solis Platonicis est Magister; multò ergò magis damnatur, qui subiicit Christum temporalibus Principibus, & per consequens Vicarium eius eisdem.

Nec

Nec recte dicunt aliam esse legem naturæ ab Euangelica; Euangelium enim continet legem naturæ puram additis solum Sacramentis, vt possimus illam seruare; Quod etiàm docet Sotus lib. p.° & 2.° cum D. Thom: & Gratian. dist. prima ex testimonio Isidori, & Hieronymi, & Augustini lib. de Vera Religione, & omnes proceres Ecclesiæ.

Nõ differt lex naturæ ab Euang.

6. ex uniuersalitate legislationis.

Item Christus non est legislator partialis; sed vniuersalis, ergò totius naturę.

7. Ex professione Christianorum.

Item quilibet Princeps dum fit Christianus, intrat in Ecclesiam, quæ est Regnum Cœlorum, At pro isthoc Regno, qui est illa prætiosa margarita in Euangelio cælebrata, oportet dimittere omnia, quę quis habet, & omnem potestatem, in quo contrariantur Euangelio, & bona temporalia iniustè acquisita: ipsaq; supponere legi, & legislatori, ac Vicario eius. Ergò ab eo deinde ipsa recognoscit. Si enim ediceret Papa potestate clauium non errante (ad destructionem, sed ad ædificationem directa, & prò veritate: aliter enim facere non potest quicquam) quòd non potest retinere, quæ habebat antè quam christianus fieret, proculdubio obedire deberet, sicùt Hæbrei conuersi ad Christianismum, omnia bona sua relinquunt; quoniam Papa præsupponit esse iniustè acquisita, & hoc sanè fecit Constantinus, & omnes prudentes Principes; quamuis illud tempus tantum rigoris minus ferret, ne fieret difficultas ad vim recentis Euangelij.

℞. 8. Ex perfecte.

Gratia perficit naturã, et lex gratiæ non destruit Principatus præficiẽdo omnibus principib° Papã, sed roborat melioratq;

Verum est quòd gratia non destruit naturam: sed tamen naturam corruptam corrigit, & perficit, hoc autem facere non potest nisi omnia sub potestate correctoris ponantur, et tantum retineat Christianus, quantum iudicat caput Christianitatis prodesse illi, & Reipub: Ergò roborat Principatus, melioratq;

℞. 9 Ex con redẽptione.

Item Christus redimens mundum etiàm has potestates redemit; Ergò fuit illarum Dominus; Ergò, & Papa.

℞. 10. Ex unitate multiplici, & iure translationis, pendente à Christo.

Item Resp. Christiana est vna sicut corpus, aut familia, aut nauis, aut ouile, aut sponsa; & redempta Christi sanguine est; Ergò tota ab illo pendens, Ergò & à suo Vicario Ergò quando Resp. & populus transfert in electione potestatem suam in Principem, eo modo, & Iure transfert, quo ipsa habet: & quoniam ipsa est Ecclesia: Ergò est sponsa Summi Pontificis. At sponsa Iure Diuino, & humano, non potest dare nisi quantum, & quomodo maritus permictit. Et qui dicunt Papam non esse sponsum Ecclesiæ, sed Solum Christum, errant: Sic enim neque vllus Episcopus esset sponsus suę Ecclesiæ, sed custos, nec Pastor, sed mercennarius, quoniam solus Christus est Pastor, sed fallitur Hæreticus homo. Tota enim Canonum, & Theologiæ doctrina, vocat sponsum; sed sicuti Vicarium sponsi. Similitèr enim est Pastor, & Sũmi Pastoris Vices tenẽs. Nõ modò enim Christus cõmunicauit suis hos titulos, sed etiàm incommunicabile deitatis dicens: Ego dixi, Dij estis &c. Qua propter quamuis Princeps à Paulo per electionem penderet, tantò magis debet pendere à Papa, qui potest annichilare electionem pupuli, suæq; sponsę, omni iure, & irritare, & corrigere, & donare; multò autem minus possunt oues, Quòd Pastor non vult, nec probat.

Cõfirmatur ex eo quod sponsa.

℞. 11. Ex praxi

Quòd autem ità sit, patet, quoniam ipse deposuit Childericum Regem Gallię, non propter Scysma; aut hæresim, sed solum, quòd erat ineptus ad gubernandum. Ipse etiàm contulit electoratum Imperij in septem Principes Germanos, vt tolleret bella, & discordias nationum, & stabiliret defensionem Christianismi, & adhuc potest aliter de Imperio decernere, vt supra diximus cum S. Thoma: Ipse quoque diuisit Imperium Occidentale, ab Orientali, & cum inobediens esset Germanus Imperator, rogatus est ipse Papa, vt vniret imperium, à Costantinopolitano, promittente defensionẽ; & noluit acquiescere. Ipse posuit Regem Angliæ sub tributo; deposuit Imperatores plurimos; multas electiones annichilauit; Diuisit nouum mundum Castel-

Confirmatio expositiui Iuris praxi;

lanis, & lusitanis; deposuit Regem Nauarræ. Dedit titulos Imperiales, Regios, & Ducales quam plurimos in terra, & fecit semper quòd sibi placuit ad ædificationem Ecclesiæ, & inter persequtiones prosperatus est, vt Christus promisit: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam &c. Et insuper ipse confirmat omnes vnctiones, & gladium Principum, & Imperatorum: Omnis ergò potestas, dominium, et vires Christianorum ab eo dependent.

Et Ad argumetum supradictũ ab authoritate Inn. Papæ 3.

Quando autem ait Innoc. 3. quòd Rex non habet in terra superiorem, intelligit superiorem laicum, & frustra in hoc Canone se defendit Sotus, nam etiam recognoscit Rempub. iuxta suum peripateticismum, à qua accepit potestatem. Resp. autem recognoscit Papam, cuius est sponsa, & grex, & filia, &c. dum eximit Principes à Papæ potestate, subijcit eos Reipub. cum nulla ad Papam appellatione, & cum vtriusque detrimento; nec enim Rex seditiones populorum, nec populũ Regẽ tyrannide, poterunt absque hoc remedio vitare. Possent quidẽ per arbitros; aut per tribunal nouũ, super vt amq; partẽ sublimatum, vt facit Regnum Aragoniæ, aut ꝑ accersitũ Potestatem alienigenam; vt Genuenses, & Florentini. Sed debile remedium, & semper ab altera partium pendens nullũ.

Quãtũ ueriùs pro dest. magis Regib' dependere potiùs à Papa quã à Reip. potestate & parlamento, tam, Gallis q̃ Hyspanis.

Reges autem Gallorum, qui Canonem loqui de ipsis solis putant, dicendo quod non habeant superiorem, & quod Ioan. Papa 22. irritauit Bonifacij 8. extrauag. sup. ponentis omnes arbitrio Papæ quoad ipsos: falluntur. Nam quando Zaccharias Papa, ex familia Morouei, transtulit Regnum, atque titulum, & potestatem Regiam in Caroli Magni prosapiam, & ex illis qui erant de stirpe Caroli Magni per hoc in Giapettiam traduxit, non potuisset de iure. Ergò nullus Rex legitimus ab Carolo, & deinde ab Hugone Giappetta, hucvsq; fuisset in Gallia; quia neque vllus de stipe Pipini, quem Papa intronizauit. Ergò plus quam omnes subditi Christo Domini Regum patri sunt Reges Galli. Item Carolus Magnus accepit à Papa Imperium, & testamentum, quo filios hæredes Franciæ facit, & Germaniæ, & Italiæ, Papæ roborandum transimisit. Et cuncti Reges adeò à Papa dependerunt, vt nihil absque eius authoritate facerent, vt patet ex historijs. Quaproter dolendum est valdè, quod nuper tam scriptores, quam disputatores, adeò propensi videri velint in diminuendam authoritatem Pontificum, ad tollendas lites, & stabiliendos Reges, & tutandum à vassallis, & ab exteris, & vassallos ab vtrisq; vtilissimam erga charissimo filio, ac populis ipsius tempore eodem; tam promptè potius curantes deferendam subditorum conuentibus. Id quod ex quo in istis creuit, et in illo decreuit, Regni florentissimi fortunas omnes inclinauit. Menifestum est enim ex quo hęresis, Papę autoritatem frangens, in Galliam intrauit, semper secum pugnasse Gallos, & principatum extrà Galliam non potuisse seruare nec extendere, neque caput attollere; & Nationibus inimicis cessisse, & ludibrio fuisse, prædaq; Qui legit intelligit. Et nunc Reges intelligite, & erudimini, nequãdo irascatur Dominus vester Deus, & pereatis de via iusta. Quando Ludouicus Pius priuatus est Regno, ex Decreto Concilij Lugdunensis Nationalis vrgente Parlamento adhoc, non ne Papa Gregor. 4. restituit illi Regnum rescisso decreto? Ludouicus Crassus Rex excommunicatur à Stephano Episcopo Paris. quoniã electionibus Episcoporũ præsidere volebat: & à Papa Honorio absoluitur. Et in seditionibus sæpè ad Papã confugerunt, qui eidem etiam contra hæreses auxilium dedere, vt Pius V. Gregor. XIIII. Profectò semper Reges vassallos seditionis; Vassalli Regem Tyrannidis facilè insimulare solent; Vnde videtur inter eos necessarius Iudex: Propterea Aragoniæ Regnum habet Tribunal Iustitiæ, iudicantis inter Regem, & Regnum. Florentia olim, & Genua ab exteris potestatem mutuantur. Ne hoc ab illo, & è contrà illud ab hoc vexetur. Deus autem prouidit huic malo, Patrẽ communem præficiens cunctis nationibus. s. Pontificem, qui hoc bonũ conseruauit cunctis: præc puè Francis Principibus, & Populis. Et habetur in can. Omnis oppressus. & Decr. Constantini. Euertere ergò hanc potestatem est perennes lites inter Reges Regnumq; fouere, Zelum, insidiasq; mutuas. Ille enim frena-

Quod Reges Galli à Papa, tùm ex institutione, tùm ex praxi, tùm diuino iure tùm ex ipsorũ bono.

re

re isti frenũ excutere subtilibus prætensionibus satagũt. Arbitri nõ possunt cogere: & siue de regno sint, siue exteri, afficiũtur ab vna partiũ. Similiter iudices. Nullũ remediũ est, nisi recurrere ad patrem potentissimũ, qui de cõsilio Cardinalũ, & legũ, prouidere potest, & longè minus labefactari, quã quiuis alius Iudex: & lõgè potẽtius prouidere, & hoc cognoscere necessitas Reges sæpè coegit. Videãt ergò quã amarũ est reliquisse Deũ in suo Vicario, sicut Iudæi cũ Samuele repulerũt; ac Ius tyrãnidis, eo qđ Deũ se repulisse, ipse Deus testatus est; quãuis ob iniustitias Sacerdotũ filiorũ Samuelis regẽ petierit, eos incurrisse in cõminatione acceperũt.

Ex. 9. Ex Patrum tate.

Præterea omnes Reges appellãtur filij ipsius Papæ. Ergò potestas eorũ est a Patre.

Ex Antiquitate retorquẽs argumentum.

Deceptio affectata Theologorum istorum, pendet ab eo, quòd ante Messiam institutum erat Imperium laicum, idcircò putant à Papa non dependere; sed non vident eorum institutorem fuisse Christum Sapientiam æternam, per quẽ Reges regnant &c. per legem naturalem; & eundem postea correctorem per legẽ Gratiæ; qui etiã super oms has potestates, licet præxistentes, sed ab illo tamẽ semper pendentes, instituit potestatem summam nouam, quæ omnes continet in se, sicut Principatus, & caput mũdi vniuersale, capita Particularia: vnde Apost. Etenim si Angelos iudicabimus, quanto magis, & ista sæcularia? Et præterea S. Thom. de Regimine Principum, docet Augustum nutu Dei fuisse Vicariũ Christi nascentis, in temporali Imperio. Igitur Reges sint quidem à Rep. sed Christi: qui heri, & hodie, et in sæcula.

Item dicimus, quod neq; Christus incarnatus, dedit nobis potestatem mãducandi, neque ambulandi, nam has iam dederat. Sed solum docuit quo pacto has actiones secundũ Dei legẽ operaremur rationabiliter, ne à Cælesti regno excluderemur. Sic etiam non dedit ensem, electionem, successionem, quoniam antea iam ista dederat, sed solum correxit, & potuit caput vnum super omnia, & ab hoc pẽdere dicẽda sũt, nõ à Populo; nec quia nõ immediatè existuntur. Nam iustitiarius Neapolitanus dependet à Proregè immediatè: à Rege mediatè; non tamen ideo erit exemptus à Regis potestate.

Confirmatio auctoritatis S. Brigidæ, & argumẽti ex antiquo, & nouo pẽ.

At me magis mouet S. Brig. cui Christus dixit lib. 2. c. 7. & lib. 8. c. 1. se instituisse duas potestates in terra: alterã Clericalẽ in Petro, alterã laicã in Paulo, & alibi dicit se posuisse Clericos tãquã iudices Ecclesiæ notatos in Petro, & Principes, vt defensores, notatos in Paulo per sensum mysticum: & plebeos, qui regantur, & subministrent etiam cibum temporalem toti corpori Ecclesiæ.

Ex. 11. Ex reuellatione S. Brigidæ.

Hæc doctina est rationabilissima. Hanc quoq; distinctionẽ Plato in sua Rep. à D. Clem. laudatã, fecit, ad idæã corporis humani: in quo est vis rationalis, qui sũt Iudices; & Irascibilis, qui defensores; & concupiscibilis, qui artifices, & agricolæ. Quãuis oms debẽt participes esse rationis. Et ego insup ostẽdi in primo scripto de Monarchia Christianorũ, & omnes animari à Religione, vt superiùs declaraui.

Declaratio.

Profectò S. Petrus vnitus cũ S. Paulo in morte, cõstrãtes soliũ Romanum, in quo sũdarẽt Cælestes tribunal, vt dicit Arator, idcirẽt qđ potestas Imperialis, & Fõtificia vnita fuerint in sede Apost. Romana, & omnẽ laicam potestatem abeis dependere. Ideo dicitur in Apocalyps. Fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes. Vtramq; ergò potestatem dedit Christus.

Confirmatio auctoritatis S. Brigidæ, & argumenti ab illa ex Petri, et Pauli potestate duplici in sensu mystico.

Paulus quidẽ defensor Ecclesiæ fuit, & tamẽ Clericus; sed in mystico sẽsu apud Brigidã denotat Imperiũ laicũ, quoniã Principes laici tenentur mori propter fidẽ bellãdo. Et simul etiam sacrati sũt, & aggregati Clero, Reges, & Imperatores. Et âtiqua pictura hãc docet veritatẽ, quæ sæpe expressit Petrũ, cum clauibus in manu, quas accepit, quãdo factus est Princeps Apostolorũ; Paulũ verò cũ gladio, nõ cũ illo gladio, quo persecutus est Apostolos, ergò cũ illo, qui denotat Imperiũ sæporale addituũ Apostolatui apud Brigidã, alioquin cum clauibus, vel cum libro, vel pastorali pedo, alioquẽ modo pingendus fuisset.

Ex. 12. Ex Institutio Christi.

Item si Christus instituit potestatem Laicam, quando fecit flagellum de funiculis, & quando intrauit triumphans, vt Canonistæ volunt: Rationabile est valdè, quòd ostenderit illam in Paulo post ascensionem; nam Imperium posterius

rius est Sacerdotio, dignitate, & tempore in Christo, & in Adam. Et quidem quando in Cælum ascendit, testatur Paulus. quòd reliquerit Apostolos, Euangelistas, & Doctores, & deindè Gubernatores, & hęc erit potestas laica, de qua loquitur ad Brigidam.

Mulier hæc Sanctissima, loquitur vt testis Dei, non opinatiuè, nequè adulatoriè, vt isti Theologi; nam Papam iniustum, vocat in aliis reuelationibus Luciferum, & Pilatum, & Iudam, vbi opus est. Ergò illi fides debetur.

Item non est decipiens, neque decepta. Reuelationes namq; ipsius quotidie verificantur magis, & recognitæ fuerunt iussu duorum Conciliorum, & à Rom. Pont. & à Theologis grauissimis, & Cardinalibus 9. Ergò illi credendum est, & non alijs opinantibus.

Cuiusmodi appellationes, & quæ ad Papam à toto Christianismo propter spiciales sũt utiles.

Et ideò verũ est in Papatu vtramque potestatem esse, & omnes causas ad ipsũ deuolui posse iuxta 17. Deuteron. Et decret. Constantini. Sed huc vsque non venimus ad hunc vsum, nisi certis vicibus fortassè, bonas ob causas; in quibusdã tamen ob malas. At non debent omnes appellari nisi quę attinent ad totam cõmunitatem Christianismi, aut vassalorum, & vt monet S. Tho. propter bonũ fidei: aut enormitatem scelerum. Alioquin esset lites producere, & Apostolicã authoritatem ad minutias demittere; Moyses iudicet grauiora: Præsbyteri ordinaria. Ita admonet Bern. ad Eugen. & hæc est in vsu.

3. Reg. cap. 19.

Rt. 13. Ex amplitudine, & uniuersalitate Regni Messię.

Præterea addo aliam Propheticam doctrinam, quòd totus Christianismus cum sit Regnum Messiæ filij Dauid, non habet auctoritatem tẽporalẽ ullã, neque gladiũ à Populo (& concordamus cum Brigida) sed solũ à Messia Dauid, & à Deo; licet nõ ĩmediatè omnes, sed (vt aiunt) mediãte populo; cui Deus etiàm in lege gratiæ hęc cõcessit. Nã quãdo fecit Saul, & Dauid Reges; voluit quoq; eos à Populo eligi, Ergò pẽdent à Deo p hoc mediũ electionis. Nũcautẽ cũ omnes Christiani inserti sint stipiti Dauidico p Christũ, sicuti Oleaster oliuæ (teste Paulo ad Rom.) & Dauid iam sit Rex, & Sacerdos instauratus secũdũ Melchisedech, vti superius diximus, & in Apoc. dicitur Redemisti nos, & fecisti nos Deo nostro regnũ, & Sacerdotes, videtur palã; qd õnes Christiani sint Reges, & Sacerdotes Daui dici: quisq; sui, nõ autẽ, & Reip. vt putat Calumus. Idcircò Petrus vocat eos Sacerdotiũ regale. vt quidã volunt. Ego autẽ potius referrem hoc ad caput corporis Christi, in quo est regale Sacerdotium: sicut in Mosayca vocatur Regnum Sacerdotale respectu sui, quia potiores partes habebat in Regno, vel respectu vtriusque, Moysis. s. & Aaron. At dicamus Christianos dici Sacerdotes moralitèr, & tropologicè omnes, quatenùs sacrificant Deo fructus bonorum operũ, & sunt subditi directiuę legi; sicut, Reges: non autẽ coactiuæ, nisi qui se bestias, & seruos peccati faciunt; nã lex coercitiua nõ est posita iustis, ait Apost. sed iniustis.

In politia Christiana quisq; Rex, & Sacerdos sui est, & Rep. sensusq; hæreticorum à sensu catolicorum secernẽdos.

At historicè Reges totius communitatis sunt Principes Laici, & Episcopi; quorũ vtrorumq; Pontifex maximus dicitur Rex Regũ, & Deus Deorũ, Sũt illi, & Sacerdotes Reipublicę offerentes Christum: est, & Sacerdos Sacerdotũ Papa, vniens eos in vnum corpus, & Regnum. Hinc videmus omnes Christianos in Baptismo vngi tamquã Reges, & Sacerdotes, quemq; sui priuatim, vt dixit Rabanus à Grat. citatus de Consecrat. & Innoc. i. de Sacr. vnct. At si qui consecrãtur ad gubernationem Reip. diferunt: quoniã Principes laici in humeris, & bracchijs vnguntur; quia scilicet sunt defensores, & exercere brachio habent gladiũ Dauidis, & repręsentare Christũ potentẽ in brachio suo. Episcopi verò vnguntur in capite, quoniam repræsentant potestatem meliorem capitis Christi, quę est Ratio, & Sapientia æterna: ad cuius nutum mouenda sunt brachia. Papa autem omninò; sicut caput eorum omnium, est Apostolatu Petrus, vnctione Christus, ait Bern: Ecclesia igitur habet gladium materialẽ, sed exercendum manu Principum laicorum, qui habent exequutionem, nõ maioritatem in eo, quòd exequuutur; quoniam non caput, sed bracchium exequendo huic muneri destinatum est. nisi vbi opus fuerit capiti etiàm brachij munus obire in vrgẽtibus prælijs, vt fecit Leo quartus cõtra Saracenos; & alij Põtifices, deficientibus brachijs.

Nunc

Nunc à sectore potestatem hanc, & gladium Principibus agnoscendum esse à Messia, cuius Regno incorporati sunt, si Christiani esse velint, quoniam ipsi omnes sunt Dauides, & gladij eorum sunt Dauidis resuscitati; non autem quos ante habebant à Populo gentili; nisi quatenus erat rationalis à Christo auctore naturæ, sapientiæ, ac ratione prima. At inquantum rationalis Populus, omnis Christianus est, cum sit Christus Ratio summa. Hoc autem declaratur Zachar. 12. Erit omnis, qui offenderit in die illa in Ierusalem, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Dei; sicut Angelus Domini in conspectu eorum, & erit in die illa, quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contrà Ierusalem, & effundam super Domum Dauid, & super omnes habitantes in Ierusalem Spiritum gratiæ, & precum; & aspicient in eum quem confixerunt, &c. Et plangét eum planctu magno quasi super vnigenitū &c. Quibus sanè verbis ostenditur Christus crucifixus, & deploratus, quotannis à plurimis præsertim in hebdomada Sancta confixus propter peccata nostra; Et quomodo omnis Christianus est, sicut Dauid, & Dauid quasi Deus; quoniam Sacerdotes mystici Dauid, sunt quasi Dij. Et Angeli, quia Sacerdos Angelus Domini exercituum est, ait Malach. Quapropter licet Principes omnes ad populum comparati vocentur Dij. Papa tamen est ipsorum Deus ad ipsos, vt patet in Psalm. 81. malè allegato per Pseudo Theologū. Hic autē vbi spiritus sanctus Principes appellat Dauides, appellat quoque Sacerdotes Deos, & Angelos. Ergò stultum est arbitrari laicos posse iudicare Clerū, & pollere aliqua auctoritate non dependente à Papa, per hoc, quod vocantur Dij: vbi Papa deus deorum. Item si verè dixit Ezechiel. Erit Rex Imperans omnibus vnus, nec diuidentur amplius in duo Regna; pro cuius dubio nullus potest esse Rex in mundo, qui non dependeat ab illo vno. Et hæc diuisio inter temporalem, & spiritualem euertit totam Bibliam, totamq; Remp. Et facit aliud caput, independens à primo, sicut Danthes, duos soles, ne faceret Imperatorem lunam, ac proinde à Papa lucem, & vigorem, ideſt, scientiam, legem, & gladium accipientem. Et Ecclesiæ Hierarchiam à mundi exemplari inepte diuellit. Et non rectè Sotus putat lunam in nocte temporalium præesse etiam Soli. Nam Luna non habet in nocte potentiam, nisi à Sole, à quo lucem accipit. Sic Imperator in temporalibus à Papa pendet; melius Danthes, sed falsò, facit duos Soles ad tuendum opinionem.

Imperator non est alter Sol sed Luna dependens à Sole, qui est Papa in luce & calore ideſt in solio, & potestate.

Tandem concludo, gladium Principum Christianorum, esse gladium Dauid ablatum à Goliath gentili: Ergò, & Messiæ. Nec posse ab eis exerceri, nisi secundum legem messiæ cuius Ecclesiæ dicitur in michea. 4. Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas æreas. &c. Principes sunt vngues pedum, & manuum; cornu verò est in capite, qui est Papa. Ergò habet ferreum cornu. Idcirco dixit Dauid de Suo Messia. Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. &c. & cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti: & Isaias 2. Popè est saluator meus (ideſt Messias) & brachia mea populos iudicabunt. Hi sunt Christiani Principes. Et alibi ait: Me Insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt &c. Insulæ est nouus Orbis, qui hucusq; expectauit Messiæ legem post nos. Rex autem Hyspanus est brachium Christi quod sustinet; ideſt, corporis mystici. Et iam dixerat ibidem Isaias. Non erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius Insulæ expectabunt, &c.

Tit. 15. Ex gladij Dauidici hæreditate.

conf. ex Michea

Confirmatio ex Hieremia

Hieremias 30. propriè & clarè ostendit Papatum reædificatum in excelso, quod significat Romā. Et postea ait: Erit Dux ex eo, & Princeps de medio eius producetur. Et applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim est? &c. Vbi palàm ostendit Papam per electionem produci, quem Deus applicat ad se, & regit Spiritu suo. Quoniam homo per se non potest ad tantum elenari. Deinde declarat eum totius mundi caput, sicut Ezechiel, & Isaias, & Dauid, & omnes Prophetæ præallegati.

Argumēta aduersariorum fundata in facto nō iure facti nihil valent.

Argumenta cætera aduersariorum, fundantur in actibus hominum, qui vsurpauerunt dignitatem super Ecclesiam; & sunt mox corrigendi ad normam

Con-

Constantini; sicut promissum est ad S. Brigidam; At in nulla Prophetia, aut veritate rationali fundatur.

℟. Ad autem quæ sunt Cæsaris Cæsari &c.

Illa autem verba: quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo, non faciunt diuisionem Principatus in Regno Christi; sed dicta sunt ad cōpræhendēdum fallaces interrogatores in astutia sua; qui volebant Christum accusare tamquàm rebellem Cæsari. Ergò sinuoso modo dicit: Date Cæsari, quæ sunt Cęsaris, & quæ Dei, Deo.

Sed omnia sunt Dei; & nihil est Cæsaris, nisi quatenùs pendet à Deo; igitur cum Papa repræsentet Deum, omnia sunt sub ditione Papæ, non autem Cæsaris, nisi quatenùs Papa docet secundum Deum; quid enim Cęsar habet quod non accepit? Sotus verò irridet hanc sententiam aduersariorum, portans aliam golossam, & Basilius Imperator ait: Si Papa est Pastor, & omnis Imperator est ouis, necessariò sequitur, nil posse ouem contrà Pastorem, neque plus; nisi secundum legem à Pastore inpositam.

Quis miles adscitus militiæ alterius, aut homo monachatus habitum sumēs, cum incorporatus fuerit, ille militiæ, iste monachatui, dicit ille, gladium quem ante militiam habebat, & iste, vestem, quam à domo tulit esse suam, & sui voluntate vtendum; & non potiùs superioris noui, cui se subjecerunt? Sic sunt electiones, & potestates, quas Christiani habēt ātequam fiant Christiani: semper quidem agnoscendę à Principe supræmo in Christianismo, cui se dederunt.

℟. Ad Argumen. Non eripit mortalia, qui regna dat Cęlestia.

Ad illud tandem decantatum. Non eripit mortalia; qui Regna dat Cælestia, vndē etiam concludunt, Papam non posse quippiam super Regna laicorum; nec eā posse eripere, quoniam neque Christus eripuit, sed reliquit, vti erant, Ego respondeo hac conclusione.

Vnitas Principatus Papalis in toto orbe nō aufert alios principatus, & Resp. sed cōfirmat & meliorat, & corrigit, & vnit, ut pax, & inuincibilitas sit Christianorum simul.

Christus Dei Ratio nō instituit armis nouas potestates laicas; quia iā īstituerat eas p legē naturæ, vbi erant rationabiles; alibi verò pmiserat; Sed solū dedit eis superiorē, & caput vnū super vniuersū, omniq; potestate muniuit. Quod caput, nemini aufert qd habeat, quāuis illud suo Principatui Christiano incorporet, hoc est, omnes principatus vniat; sed corrigit eos tantum, et reformat, & dirigit ad æternum Regnum. Ergò nulla forma Principatus repugnat Apostolico Principatui, neque Resp. vlla rationalis, quoniam omnes à Christo instituæ fuerunt, summa Ratione. Sed sola diuisio repugnabat: Idcircò omnes vniuit sub vno Principe Apostolico: qui vt possit tot formas Republicarum, & Principatuum regere, & vnire, accipere debebat potestatem vniuersalem nullo limitatā modo, nisi ad ædificationem; & ità dictum est: Pasce Oues &c. vniuersalitér. At cum fuerint incorporatæ humanæ potestates, habentur sub reformatione, & factæ quasi Dauidicæ, & vnitæ in vna Republica, cuius Papa est caput. Et sic sunt inuictę sub vna ab hostibus, & pacificè in se: Nec (vt quidam post me scripsit) puto, Principes esse fœudatarios Papæ, nisi qui acceperunt ab eo Regnum de nouo: sed filios subditos Patri, & discipulos Magistro, & Oues Pastori, & super intendenti.

Exemplum Institutionis Resp. sub Messia.

Fecit Christus sicut homo, qui habens nauem in mari, quæ passa est naufragium, & conquassata est, attritaq; & diuisa in plura capita gubernationum; quorum alius trahit nauem huc, alius illuc. Has ob res hęrus in mare dat se; reperit nauem; dat ei legem; vt ad talem præmonstratum portum nauiget; ponit magistros, qui doceant nauigantes, & vnum præfectum ipsorum omnium facit: relinquendo proceres, si qui benè regebant illam: Alios verò corrigendo; sed auctoritatem largiendo vni, omnibus præfecto; vt possit regere cunctos, & deponere eos, qui à Portus via declinant .i. à Deo. Et hoc beneficiorum maximum etiam politicè inuenitur; Omnia .n. mala Reip. ex hoc oriuntur, quod Princeps se ipsum, atq; sua commoda facit finem Reip. vnde seditio, et tyrannides grassantur, vt Plato etiam nouit. Si aūt finis est Deus, cessant hæc omnia. Et hoc Christus dixit: Primum quęrite regnum Dei. Dedit eidem re-

media

media reficiendæ nauis, & cibaria; carnem, oleum, & omnia, quantum opus est ad iter. Et horum dispensatores fecit nouos illos Doctores sub capitis ducatu. Hæc sunt Sacramenta, & lex Euangelica ad reficiendam, & gubernandam Petri nauem; quorum dispensatores sunt Clerici. Nautæ verò laici: Et Principes partem habent in Regimine sicut prius, sed secundum regulas nouas Euangelij, quòd est bonum nuncium, portus securitatis, & Princeps omnium factus est Petrus: Ergò non propterea quòd Principes eliguntur à Populis, sicut prius, existimandum est eos à Petrò non dependere, sed prorsus quidem, at ad ædificationem. Cognoscere autem vbi sit ratio ædificationis, aut destructionis, non competit Principibus Laicis, sed Concilio Pastorum, & Papæ; sicut pecudibus non datur iudicare de legibus, & actibus pastorum, & S. Augustinus idem habet contrà Faustum &c.

Vtrum qui Ecclesiæ bona exteriora reliquunt tributq; censendi sint donare.

Hic etiam affirmandum est, quòd cum bona Principes Ecclesiæ largiuntur non fit verè donatio. Tùm quia Deo nihil damus, cum omnia sint illius, & nos ipsi, vt dicit Dauid in 2. Paralip. sed est signum simplicis voluntatis bonę in Deum. Tùm quia neque Ecclesiæ fit donatio: sed quædam appositio est in communi, & depositatio in bonum omnium, sicut nec manus alimentum dant ventri, sed ponunt in communi, quod diuidunt sibi omnia membra; non enim donator spoliat se, & hæredes suos rebus donatis. Quando quidem quilibet eorum potest Clericus fieri per virtutem, Episcopus, & Papa, & Monachus, & Frater &c. Ergò hoc est communia facere bona toti corpori seruientia.

Quando verò Princeps quispiam Feudum aliquòd largitur, aut Proregem sibi facit Clericum aliquem, non propterea est Clerici superior factus ille, sed reddit illum sibi socium in regendo. Item multa donantur personæ, & non professioni personæ. Et Sic indirectè potest in Clericum, quatenùs potest super actus eius gubernationis.

Porrò Rex dum facit Episcopum Proregem, non diminuitur dignitas Episcopalis, dum auxiliatur in regimine: neque subesse eidem in temporalibus illis est subiectio dignitatis Episcopalis, sed dignitatis Proregiæ; illius verò est societas, secundum quam membra corporis Ecclesiæ se se mutuò adiuuant; manus quidem seruint pedibus dum eos calceant, quamuis sint digniores illis. Idcircò Apostulus ait; quod Christus posuit in Ecclesia primò Apostolos, 2.° Prophetas. 3.° Pastores: deindè virtutes, deindè gratias curationum, & opitulationes, & gubernationes. Quod postremum sonat potestates laicas qua opitulantur Pastoribus, & Apostolis ad regendum, iuxtà illud Isaiæ, Venient alieni, & pascent pecora vestra &c. vos autem Sacerdotes domini. &c. Sed deindè docet Apostol. omnia membra se inuicem adiuuare, opitulari, & conseruare. Et temperata ità esse, ne fit scysma inter membra Christi.

At nunquam videbis Papam fieri Proregem, aut pro Imperatorem: quoniam est caput omnium, etiam in Iurisditione: Episcopus autem membrum est in Iurisditione. Idcircò videmus Diaconos posse excommunicare Episcopos, & incarcerare, & condemnare; non sua, sed Papæ auctoritate. Non tamen propterea Diaconus est super Episcopum. Sic nec Rex super Episcopum Proregem, nisi, vt dictum est, indirectè, quatenùs est super regimen, ac dominium; sic, & homo agit, in Angelum, quando super eius opus agit.

De Iure Imperatoris super totum Mundum, & aliorum Principum, in quo &c.

Cap. XV.

POST hæc assero, Imperatorem, quatenùs est defensor Ecclesiæ, Dominę totiùs mundi in spiritualibus, & temporalibus, esse & ipsum Dominum totius mundi; sed in temporalibus, cum Ecclesia sit per totum mundum sparsa, aut spargenda, iuxtà illud: Prædicate Euangelium omni creaturæ &c. Ergò non propter rationes Baldi, neq; Bartholi. quas Sotus irridet, neq; forsàn Ostinensis, licet melius dicat: sed solum in quantum est defensor Ecclesię, potest vniuersalitèr tamquam brachium principale corporis Messiæ. Sed cum iam Imperator sit viribus diminutus, habet potestatem eius Princeps omnis, vbi, & in quo est ab Ecclesia auctorizatus, vt docet. S. Thom. in opus. 20.

Ergò Rex Hyspanorum, vt Brachium Messiæ occupat nouum orbem; in quem nullum possidet ius, nisi quatenùs defensor est fidei Euangelicæ, & dilatator Euangelij Dei: sicut ex Prophetis in cap. seq. patebit, vbi & Papam, non vt arbitrum, sed vt Iudicem, & Dominum, diuidisse terram videbimus; quià dominatur vt Vicarius Messiæ à mari vsq; ad mare, & possessionem accepit terminos terræ: & omnia Regna, quantenùs rationalia sunt, sunt Christiana à Christo Ratione prima, vel explicitè, & completè, vel saltèm implicitè, & incompletè; Quatenùs vero irrationalia, debent cogi ad ius naturale seruandum, vt Arist. p. 9 Polit. docet. Et Romani, & Alexander in hoc posuere Ius dominandi super Barbaros, quibus melius est subesse, quam præesse; & felix necessitas, quæ cogit ad bonum, teste Augustino. At Euangelium non per vim intruditur licet defendatur armis, sed per vim extruditur barbaries eorum qui manducant carnem humanam, & vtuntur Sodomia, & idolatria bestialissima, & in hoc Ius Papam habere nemo neget; nisi, qui Christum non norunt, Verbum, & Rationem Dei, & Messiam esse vniuersalem; & non sectæ caput.

Quanta mala tollit unitas Principatus in Christianismo.

Quapropter palàm est omnia pendere ab vno capite in christianismi corpore de iure; & beati Christiani, quando hoc bènè intellectum, & exequtioni mandatum fuerit; tunc enim cessabunt bella inter eos, scysmata, hæreses, pestes, fames, ãmissiones regnorũ, & metus ab infidelibus. Sed dũ Christi doctrina negligitur, omnia de malo in peius prolabuntur.

Et. Ad Canon duę sunt &c. & cũ uentum est ad uerum.

Illi Canones Gelasij 1. Duo sunt, &, Cum ventum est ad verum, qui videtur diuidere potestates Ecclesiæ in Regnum, & Sacerdotium; & dicunt diabolũ introduxisse eorum vnionem antè Messiam, præter quam in Melchisedecho: non videntur mihi præiudicare Regno Messiæ Melchisedecheo; sed volunt quod laicus Princeps non possit vsurpare Pontificatum, sicuti erant prius Imperatores Romani, Pontifices, & Reges simul, non autem quod Pontifex Christianus Melchisedecheus, non possit iudicare super Imperio Laico; & verè Diabolus in principatibus gentilibus sibi seruientibus, vniuit Sacerdotium cum regno, vt sibi diuinum cultum arriperet, dignitate vtraq; fulgentissimum, qualis debetur Deo; vt videlicet Sacerdos, qui esset non vilis sed Imperator, & Rex, offerret sibi Sacrificia Idolatrię, quoniam ipse æmulatur honores Dei, sicut Simia illius, qui in lege naturali vniuerat etiam Regnum cum Sacerdotio ad gloriam suam; sed

non

non negant quin naturaliter possit idem esse Rex, & Sacerdos. Et quidem sensus illorum Pontificum, & conatus omnis, fuit ad suadendum Imperatoribus, ne sibi vsurparent denuo Iura Pontificalia, sicut antè Constantinum; sed non ad negandum ius naturale antiquissimum in Adam, Noë, Abraham, Moyse, Samuele, Matathia, Iuda, Melchisedech, & Ietro, & in alijs Principibus in 2. cap. enumeratis; qui fuerunt Sacerdotes simul, ac Reges, & non à Diabolo, sed à Deo Instituti; vt supra dictum est.

Dicunt alij etiàm Canones, Ne Papa ingerat se Regimini seculari, & vt observemet leges imperiales in temporalibus; sed non quidè quod non possit hęc Papa, vt considerat benè Bernard:, sed quia non decet; & vt membrorum officia non confundantur, neq; dignitas maior obeat munera minora, vt Rex tribunatũ; sed mutuò sibi auxilientur. At semper in capite ius perseuerat constantèr super omnia membra, & operationes corporis Christianismi, & si quid probant aliud tales Gelasij Canones per toaturam aduersariorum; habemus contra eos extrauag. Bonif. 8. & Can. Nic. 1. dist. 97. & 21. in Epist. ad Mich. & hi posteriores Gelasio sunt.

Profectò si incompossibilis esset vnio harum potestatum, non posset Papa vllum Dominium temporale habere; sed comprobatum est, quod ad stabilitatem potestatis Apostolicæ, necesse est dominia temporalia habere, nè sint prædę hereticorum, & sæcularium tyrannorum. &c. ergò. &c.

Ergò perplacet Deo, vt bona dentur, hoc est. communia fiant in Ecclesia. Ad hoc enim respexerunt Apostoli, & ità fiet tantum vt reuertantur omnia ad communitatem, sicut fuit in lege naturæ, & rursus cœpit in Apostolis, vti alibi docemus, idest in Prophetalibus.

Item sancti doctissimi, Syluester, Augustinus, Vrbanus, Ambrosius, alijq; Doctores, nunquam damnauerunt, sed laudarunt Constantini acta, & communicationẽ Imperij, & bonorum in Ecclesia. Chrysostomus verò conqueritur aliquando, quòd seculares vt onere se eximerent alendi Clericos, possessiones illis dabant, & occupabant eos in vindemia, & peculatu; & à libris abstrahebant; & quod à sæcularibus ista curentur potiùs volebat. Et Sic Bernardus, & Romualdus Sanctissimi, acceperunt possessiones, & laborabant in eis ad exercitium; at in quo impediebantur à Sacris, vtebantur famulatu laicorum, vt palàm est, & sic huic malo prospicie-bant. Hac prouidentia Episcopi, & Pontifices vti debent.

✠

Qua ratione Pontifex potest esse Dominus in Temporalibus, cum temporalia bona multa agnoscat ex donatione Principum, & Populorum.

Cap. XVI.

Quæstione 36. art. 3. de Dot. Papæ.

QVærentibus autem, cur Papa ex donationibus Regum, & Principum, acquisierit Alpes, Celinas, & Exarchatum, & Patrimonium S. Petri, & Regnum Siciliæ, & Occidentale Imperium à Constantino; cum ipse sit Rex Regum, & Dominantium. Et vnde fit, quod ipse donat Carolo Magno Imperium, ac deinde médicat ab eo Exarchatum, & Romandiolam, & alias Vrbes. Respondet Augustinus Triumphus, quòd esse dominum rerum contingit tripliciter; vel de facto, & consuetudine, siue iustè, siue tyrannicè, sicut Turca. Vel iustè, sicut administrator; & sic Reges boni, & ministri Dei gubernant, habentes pro fine Reip. cultum Dei (sicut Plato, & nos in Politi. ostendimus faciendum, Ergò Ecclesiæ defensionem. Vel iurè, sicut habès vniuersalem Iurisdictionem, & sic Papa est omnium Dominus, quatenus est Vicarius Christi veri Domini, per quem Reges regnant, qui & Principibus dedit administrationem, & executionem Dominij in defensionem sui cultus. Quãdo ergò Princeps laicus tardè piscopo regimen, rus administrandi impartitur, nõ dominij: sed quando dat Papa, videtur, quod habeat, scilicet vniuersalis iurisdictionis: Alioquin posset Princeps laicus ferre, & concertari litem cum Papa, & Papa posset conueniri in aliquo foro, quæ omnia falsa sunt. Et in artic. 4. probat, quòd si Imperator propter huiusmodi administrationis vsum prætenderet se Papa maiorem; etiam Deo maior dicipossit, qui terram dedit filijs hominum, & hunc vsum non habet: dicit enim; Nunquid manducabo carnes taurorum.

Seneca videtur, secundum naturam, pulchrius hoc ipsum declarare, cum enim lib. 7. de Benef. c. 4. ostendisset, quod vir sapiens de iure naturæ est dominus omnium rerum, quoniam sapiens est gubernare, ac dominari, licet secundũ fortunam, & de facto non dominetur: obijcit sibi. Ergo qui dat sapienti, non dat sed reddit suum. Et Respondens dicit: Quod similiter dicitis, & vos: Omnia amicorum esse communia. Ergò nemo amico donare potest, quoniam dat communia. Nihil prohibet, aliquid & sapientis esse, & eius qui possidet, cui datum, & assignatum est. Sic sapientis omnia esse dico, vt nihilominùs propriũ quisque in rem suam dominium habeat. Iure Ciuili omnia Regis sunt; & tamen illa, quorum ad Regem pertinet vniuersa possessio, & singulis dominis descripta sunt, & vnaquęq; res habeat possessorem suum. Itaq; dare Regi donũ, & mancipium, & pecuniam, possumus: nec donare illi de suo dicimus. Ad Reges, enim, potestas omnium pertinet, non singulorum proprietas. Fines Athenienses, aut Campanorum vocamus, quòd deinde vicini inter se pctiuata terminatione distinguunt. Et totus ager, huius, aut illius Reipublicę est. Pars deinde suo domino quæque censetur. Itecq; donare agros nostros Reipub. possumus quamuis illius esse dicantur, quia aliter ipsius sunt, aliter mei. Nũquid dubium est, quin seruus cum peculio domini sit? Dat tamen Dominio suo munus &c. sic & filius dat aliquid Patri; Omnia Deorum sunt. Tamen diis

posuimus dominum, & stipem iecimus. Et in seq: c. 5. declarat, quod vsus est tuus, & dominium meum. Quapropter hæc cauillatio, quæ in sapientem fit, fieri potest in Richardum, & alios Theologos, qui iure charitatis omnia esse Sanctorum Dei amicorum docent, tamen si acciperent tamquam suum, puniretur: habent enim ex merito, non ex vsu. His dictis recte posuimus nos, quod Principes dant Papæ, sicuti damus Deo, vt dicit Dauid 7. Paralip. & Seneca: cum tamen omnia sint Dei. Vel melius: Dare Ecclesiæ, diximus esse ponere in communi, quòd erat proprium. Et valet viri Beati Augustini distinctio, quod Administratio est Principum, & potestas, sæculi huius, & potestas, est Vicarii Christi; cui administrationem cedunt, & dant, non iurisdictionem, nec dominium. Papatus n. & Clericatus non est proprium alicuius personæ, aut familiæ, vt olim Leuitarum: Quilibet enim potest fieri Clericus, & bona illa Clericorum in vsum accipere, & per virtutem fieri Episcopus, Cardinalis, & Papa. Et hoc totius Christianitatis est Regnum, & singulorum, nec enim potest per hereditatem transire in posteros. Quapropter nimis ignoranter cauent Principes, né bona veniant in manus Clericorum, non aduertentes se conari, né in communitatis beneficium cedant, & hoc sponte fieri vult Christus passim. Propterea non authorizat Papam ad tollendum pro Ecclesia omnia, nec per se, sed in communitate: Sponte sua donantis, seu cedentium, aut potius cóicantium. Et hic dominandi modus diuinus, ab omnibus fugeri, & augeri debet. Omnium enim Principum hæc deficiet aliquando. Cur ergo nolent successione Clericis, cum omnium sit Christianorum hoc Regnum, & successio, & hereditas? Amplius eternatur nomen, & familia Maulesin Papatu, quàm in propria familia. Quid quæritis eternitatem nominis, & eternitatem Dominij, & successionis, o homines exacrandi & anathemate? Vtinam Principes Sueui, Normandi, Valerij, Aragones, Sturgades, &c. Et cum iubeat Iudex non subtis ò Principes, sed potius alter alterum timere, & Regna perdere [illegible] propria, & aliena, & [illegible] testatem [illegible] in Papatu, qui est Principatus communis, [illegible] nis, stabilire vobis Regnum, ita [illegible] vestræ aliis fidelis [illegible] possit conseruare [illegible] alium fidelem [illegible] nec infidelis? Imò ex hoc cõsequitur [illegible] filio vniendi Principatus omnes sub Papatu, nascitur totius mundi, sub vestra potestate subiectio, & Regnorum auctio, & securitas ab intermissa extermissa [illegible] quemadmodum ostendimus, & hic in capite [illegible] circa finem. [illegible]

In quo consistat Reformatio dominiorum humanorum per Euangelium introducta.

Caput. Decimum Septimum.

CORrectio Principatuum sæcularium per Christum, in cuius Ecclesiæ lumine, eos ambulaturos fore prophetauit Isaias; ad plures propositiones reducitur. Quarum Papa Christi Vicarius declaratur, & Iudex legitimo Iure habetur. Prima est: quod finis Reip. non est Rex, nec eius commoda, nec procerum: nec populi, sed cultus Dei propter regnum æternum. Hęc propositio tollit Tyrannides, & seditiones. Hoc Expressit Apost. sæpè, præcipuè cum dixit, Nemo sibi viuit, & nemo sibi moritur, vos autem, Christi, Christus autem, Dei.

2. Quòd propter Regnum Cælorum renunciare tenentur potestati, diuitijs, honoribusq; quatenùs essent iniusti. Id enim simile est thesauro abscondito in agro (ait Dominus) quem qui inuenit homo, vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum. Aut sicut prætiosa margarita; pro qua bonus negociator dat omnia quę habet. Vndè & S Gregor. inquit: Regnum Cœlorum tantum valet, quantum habes. &c. loquens de Petro, & Andrea, qui retia, ac Scapham tantummodò reliquerant. At hæc diferentia ponitur inter Religiosos, qui præceptum, consiliumq; pariter amplectuntur, & laicos, qui soli precepto inhærent; quòd illi paupertatem eligentes, omnibus renunciant bonis, effectu & affectu: sæculares verò affectu tantùm: si tamèn iustè acquisita, sunt; efficiútq; bona propia quodammodo communia, quatenùs pro Euangelio Dei obligantur ponere vitam, & quicquid habent, siuè Regnum, siuè filios, siuè parentes. Etenim, & Plato cognouit etiàm, quod Respublica finem aliquem habet; & hic ait, est cultus Iouis rerum opificis, & gubernatoris. Omnia autem sunt propter finem.

Probatio

Hęc prima correctio aduersatur Macchiauellistis, & Cæsari; qui cum Euripide dicere solebat: Si violandum est ius, regnandi causa violandum est, cæteris rebus pietatem colas. &c. nescientes Regnum esse à Deo, & propter Deum. Homo enim non potest esse finis sui, nec enim seipsum beare potest, nec semper esse: imò occùbit ante quá Resp. occumbat, quam ad se tamquam ad finẽ regebat; media autèm adepto fine corruunt, vt scęnæ peracta comedia (ait S. Chrysostomus.) Ergò Deus potens beare, & semper existens, est Polyticæ finis, & Papa qui hunc finem curat, directè, curat, & media secundum omnẽ Phylosophiam. Hinc sequitur Corolaria, conclusio: Quod leges omnes, & ordines, & sententię, & mores laicorum Principum, secundum prudentiam humanam procedentes, subijci debent Ecclesiasticæ disciplinæ, sicut sensus rationi, & spiritui corpus, vt docet Gregor. Nazianz. & Plato Phylosophus, idem agnouit, & Pythagoras, & D. Thom. opusc. 20. omnesq; sapientes; quoniam hoc lege naturali discernitur. Istoq; sensu Constantinus declarauit, omnes causas ad Sacerdotes prouocari posse, appellatione legitima; & idem probat Can. Omnis oppressus liberè ad Sacerdotum auxilium confugiat. Et idem requirit decisio litigiorũ inter Principes, & Principes: & inter Principes, & Vassalos.

Corollarium. 1.

Secundò

Secundò corollariè inferetur, quòd quamuis Conciliorum Sacrorum, aut Pontificis Decretum, Principi Laico grauia videantur, tamen obedire obligatur, dum Pontifex non est hæreticus, neq; palàm schismaticus; neq; Concilium requisitis caret. Nam in rebus dubiis (teste Augustino) iudici obediendum est. Idem Carolus Magnus Imperator à Gratiano citatus, & Bonifacius Comes ad S. Augustinum, & Theodosius Imperator ad Ambrosium, & Iunior Theodosius ad quendam Clericum, & Basilius Imperator in Synodo 8. & S. Greg. in Decret. Non enim ouis Pastorem; nec Ciuilis homo, suum iudicem iudicare potest. S. Coroll. 2.

Correctio.

2. Secunda Principalis correctio per Euangelium allata est, quòd quia Principes prisci plerumque habeantur domini, & possessores Reip. Et qui plura Regna occupabat aliena, vt ait Lactantius, plus magnificabatur, & nobilitabatur, iustè vel iniustè.

Anselmus de Principibus sententia.

Quamobrem ità limitandũ est, quod dixit Anselmus: Omne dominium esse iniustum. Iustitia enim est illud modò retinere quod suum est. At nemò fere ex illis antiquis poterat dicere suum id quod possidet, quandoquidem vnusquisq; per vim dominatũ illius arripuit, aut fictis iuribus, & simulatis prætextibus, extortisq; modis: Vnde Carnend. in Senatu Romano, ausus est probare, Iustitiam esse figmentum fallax.

Christus igitur corrigit hunc dominandi modum; docetq; aliud non esse dominationem Christianam, nisi seruire Deo, pro duce, & pastore ovium suarum rationalium. Imò pro ministro totius populi sui, & non vt dominus: Scitis (in quiens) principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos. Non ità erit inter vos; sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit sicut minister vester: Et qui voluerit primus esse inter vos, erit vt seruus. Sicut filius hominis venit non ministrari sed administrare; & dare animam suam in redemptionem pro multis &c. Et licet doctrina hæc, principatum Ecclesiasticum magis tangat, quam secularem; nihilominùs idem de vtroque pronunciatur, cum ambo sint Christiani Principatus, non enim Laicus gentilis est. Differunt autem sicut Sol, & Luna, vt in Decretalibus docet Innoc. 3. Sicuti enim Luna à Sole lumen, & calorem, & influentiam accipit: sic doctrinam, & gladium, & potestatem Princeps Laicus ab Ecclesiastico habet: ipsumq; æmulari debet. Similiter Chrysost. per eadem verba exponit correctum esse Principatum Laicum, vt & Apostolicum ad normam iuris naturalis, & Euangelici. Item eum in præfato contextu Christus de Gentili, & laico Principatu loquatur, ipsumq; damnent in eo, quo potestatem per ambitionem, tamquàm maior exercet, necessariò fatendum est, ab eo in eisdem verbis correctum esse, & Christiano Iure reformatum: Vos autem non sic, idem respondet Mar. x. eadem cum correctione. Qui videntur, ait, Principari gentibus dominantur eis; & Principes eorum potestatem habent ipsorum: non ità autem erit in vobis &c. & Luc. 22. replicat huc sermonem, seq; ipsum ponit exemplar, qui cum esset magister, & dominus, ministrabat illis. Et insuper. Disponо, ait, vobis, vt ædatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo, & hoc dicens subdit ad Petrum. Expetiuit Satanas vt cribraret vos &c. Ego autè oraui, vt nõ deficiat fides tua, sed tu aliquãdo cuersus cõfirma fratres tuos &c. Vbi colligitur quòd Christus morti appiquans, Petro delegauit curã regendi, & cõfirmãdi Apost. & Principatus reficere, & Principũ ãbitionẽ, & Tyrãnidẽ, & superbiã frænare. Tunc enim cũ quæstio fieret inter Apostolos, quis eorũ esset maior, præfata verba sequitur in reprehensionem, & correctionem modi regnandi, & Petro datur potestas confirmandi eos, quos Sathan in hoc decepisset, & pro eo rogatur vt non deficiat fides eius; quòd in Ecclesia Romana sede illius perpetuò seruatum est. Quapter neque Papa est dominus Ecclesiæ Christi, sed seruus seruorum, vt D. Gregorius declarauit, & dispensator, et custos, sicut alibi Christus docet. Ità omnes Episcopi serui sunt, & Pastores, qui nulla præmia terrena De Maior, et obed. Can. solitæ.

sperare

sperare habent, nisi victum, & vestitum ad sustentationem, vti Christus etiàm S. Brigidæ declarauit. Quicquid verò bonorum habent in communitate seruauatur, ad Ecclesiæ, & pauperum, & ipsorum vsum fidelem. Idcircò Episcopatus re verà dignitas non est, more humano, licet omnes mundi dignitates excedat, sed labor, & ministerium, propterea q; ab vno quoq; sancto, sapienteq; desiderandus est, vt in eo laboret seruiens Domino, sicut Apostolus ait: Qui Episcopatũ desiderat, bonum opus (idest ministerium) desiderat. Sed malè cupit cum Iuda (vt omnes Patres admonent) cum sui gloriam, & commoda prefert. Episcopatus .n. via erat ad martyrium, & labores ingentes, ii qui rectè proprio velint officio fungi. Idem nunc assero de Principibus laicis, quòd nullus sit Populi Christiani Dominus, sed seruus, & principalis minister, Dux, Rex, Defẽsor, & Pastor ouium Christi. Idcircò, & Imperator in Codice, vocat seipsum seruum Ecclesiæ Dei. Quid autem est Ecclesia, nisi Populus Christianus, vnà cũ suis Prelatis? Igitùr si ità per dolum, & mendacium insidiosè non loquuntur Imperatores, debent seipsos seruos Dei agnoscere in hoc ministerio regendi oues eius, quibus, & Dei amore seruiunt.

Prælati, ac Reges, Pastores sũt, veluti Homerus dixit, & Chrysostomus: sed hi subordinatur illis quoniã isti in tẽporalib' ministrãt, illi verò in spiritualibus. Haud quãquã iure igitur valẽt tollere bona, aut vitã vassallis, aut noua imponere pedagia, vel partẽ Regni alienare proprio arbitratu, & cupiditate, & luxu; nisi quatenùs expedit Populo secundum Deum. Vtrum autèm expediat iuxtà legẽ, quæ regula est à Deo nobis data, examinandum est. Vbi autèm lex circà illud particulare nõ extat, sufficit arbitriũ Principis Zelo Dei, & proximorũ præditi; quẽ tamèn absq; Senatus consilio in grauioribus decernere nolim. Nõ modò enim Plato, & Lycurgus, & Romani, hoc seruarunt, sed etiàm Moyses sapientes audiuit, & Dei monitu Senatum Instituit, vt abundet scientia agendorũ in eis, tamquàm in horreo sita; & frenetur ambitio, et luxus eius. Cum autèm deuiat à recto tramite Princeps, aut Senatus, in rèbus grauibus (non dico in minimis, quoniam esset pedagogia præpediri) potest ac debet à Pontifice Maximo corrigi, sicut Theodosius in crudeli actione ab Ambrosio. Præfatam autem doctrinam declarauit etiam Christus S. Brigidæ 4. lib. c. 3 dicens. Rex non est Dominus Coronę sed rector &c. Et postea. Non est nisi mediator, & conseruator Regni, & Populi, & defensor. & lib 7. cap. 16. conqueritur de Principibus, ignorantèr, & prauè dominatibus. Nunc, dicens Regna, puerilia sunt, & deliramenta, & latrocinia. Quia sicut latro quęrit modum, & tempus, quò insidietur, & obtineat lucra nè notetur; Sic reges inquirunt quomodo genus eorum eleuetur, quomodo pecuniæ in bursentur, quomodo subditi onerentur, sapientèr, & libentèr faciunt iustitiam propter lucrum temporale, non propter æternum. &c. Ac deindè contrà eos iudicium comminatur, & sępè numero.

Argumentũ contrà maioritatem Dñij. Papalis.

At Sotus contrà ait; Regem habere potestatem à Rep. Et ideò esse Dominum. Papam verò à Deo, nec ergò esse Dominum, sed dispensatorem. At ego in quã, ex hoc (dum tamèn verum supponatur) argui, vt prudenter pronunciat S. Thomas in opusc. 20 supra citatus, minoritatem Principum laicorum, & nõ maioritatem, qui n à Deo, maior est, quã qui ab hominibus. quò magis enim à Rep potestatem agnoscit, eò minus potest ipsã Rex suo arbitratu tractare, atq; vti, & dominari; sed tamquam vnus ex eis, frater maior electus ad Regimen minorum debet se habere; teste Ecclesiastico 32. secundum leges datas sibi primitùs à populo, vt non superbè, & factiosè, more Gentilium Principum. Insupèr quoniam sufficit eis electio cum successionis iure à Populo facta, non habent Principes ipsi laici ius aliquòd, vel Dominium supra Papam, sicuti nequæ oues super Pastorem, sed potiùs subiecti censentur. Potestas quippè, ac Dominium, quòd Principes accipiunt à Populis, subditis quidem Papæ, transfertur in eos cum eadem obedientia, & limitatione; non enìm dat Populus quod non habet, aut plus quam habet. Nec sponsa ius super sponsum, aut Patrem suum, alteri tradere

Responsio

dere potest, neque seipsam nisi cum sua subiectione. Quapropter potestas, & gladius Principum dependet à superiori potestate, & minorem ipsi dominatus rationem habent quam Papa de iure; quamquam aliqui de facto vsurpent maiorem; correcti quidem, ac pudefacti, si inspicias, dictis, factisq; optimorum, sapientissimorumq; Imperatorum, nedum lege Dei.

3. Consequitur tertia Correctio, quod nequeant laici Principes, reclamante iustitia Euangelicæ legis, & Canonicis eiusdem declarationibus, bellum mouere, sed tantum ad defensionem Populi Christiani, non quidem acquirendi causa Regnum, & Dominium, & falsos honores super cœteras nationes, siuè Christianas, siuè paganas, cum ipsi non sint nisi defensores, & Rectores Populorum subditorum. At quando iniuria afficiuntur ipsi, magis autem si populus, possunt bellum inferre; vbi recto iudicio eorum, ratio, ac ius liquet. Item quoniam quis interdum Christianus Princeps bellum manifestè alteri Christiano infert, aut inutilis prorsus est regimini. aut scysmaticus, aut hæreticus, aut peccator publicus enormitèr, incorrigibilis; aut Tyrannus, potest Pontifex in his Casibus, teste D. Thom, quemlibet deponere Principem, & alterum constituere meliorem, ac simul armare Imperatorem, & alios Principes, ad executionem talis depositionis; Quòd sæpè factum est preteritis temporibus. Ratio quoq; naturalis, diuina suffulta authoritate, idem docet. Si Christianismi corpus vnum est, pacifico Christi regimine conglutinatum per charitatem, teste Paulo, vnico obediens capiti non multis capitibus, vniq; vero supremo magistro, cui adhuc non omnes hanc debitam absolutam præstent obedientiam, vt Christus dixit ad Sanctam Brigidam lib. 8. ca. 48. Quoniam verba, inquit, Euangelica non sunt adimpleta adhuc, venient tempora, quibus complebuntur &c. „ „

3. Correctio Dñiorũ Gentiliũ sub Christo.

Hoc natura docet. Si enim Consules Romani, teste Liuio, & Reges Aethyopum, teste Strabone, & penè omnium nationum, nequaquam bellum nisi Religione priùs iustificatum, & à Sacerdote sanctificatum, inferre valent, longè minus id intèr Christianos dicet. Item Sacerdos vngit Principem Christiano ritu, & dat illi gladium, & potestatem ex parte Dei; non autem Princeps Sacerdoti. Ergò stultum est cogitare aliquid à laicis habere Papam: vel gladium laicorum non esse gladium Dauidis, & Petri, quem Ecclesia habet, & ad Eccesiæ bonum tantùm exerceri potest, nunquam verò in malum illius, & S. Bern. hęc sentit. Similitèr enim legimus 2. Macab. vlt. Sacerdotem, & Prophetam Hieremiam gladium dare Iudæ Macabeo: in quo, inquit, deijcias aduersarios Populi mei Israel. „ „

Hæc autem figura extat Christiani gladij. Ille namq; gladius gentilium, crudelis, & iniustus, inter Christianos cessare debuit, Et ad confirmationẽ totius præfati sermonis, quando Christus voluit nobis Christiani Regni exemplar præbere; intrauit triùmphans sedens super asino, mansuetus, ac benignus. Quo statim agnito, à turbis, & puæris nutu dei, acclamatum est in conprobationem: Benedictus quià venit Regnum Patris nostri Dauid. Et mox facto flagello de funiculis purgat Ecclesiam sceleratis: Imperij, belliq; Christiani normam, & finem ostentans. „ „

Tandem in hac correctione continetur, vt Princeps agnoscat se Principem propter Reip. fælicitatem, & conseruationem, non autẽ Remp. propter Principem, Idcircò non ad proprium vtile leges ferre debere, neq; totam sui gratia perdere: sed potiùs ipsum teneri Reip. gratia vitam ponere, sicut Christus fecit prò Ecclesia. Et in lege naturæ Codrus pro Athenis, & duo Decij pro Roma: & alij alibi. Sic Arist. Plato, Pythag. Seneca, & Phylosophi cũcti censẽt: Tyrãnumq; vocant eum, qui sui gratia imperat; quod & D. Thomas confirmat non semel.

Miror Sotum, qui in lib. x. de Iust. & Iure q. 3. art. 1. Sicuti & in lib. 1. docet Regem esse gratia regni, & non regnum gratia Regis: asserentem nunc è diuerso in lib. 4. q. 4. art. 1. posse Regem totam punire Remp. neque agno-

scere in terra Superiorem aliquem nisi Papam, in ordine tantum ad spiritualia. Cum tamen, ipso quoq; confitente, Papa possit super Regem, etiàm cum Tyrannicè populum tractat, & cum stultus est ineptusq; sicut olim Childerius; & cum ruit, & in ruinam trahit præcipitantèr, sicut Lusitanus quidam Rex olim: quem Papa deposuit. Et quamuis canon. Per uenerabilem. Qui fil. sint legit. à Soto citatus, dicat, Regem non cognoscere in terra superiorem, (& loquitur de Rege Gallorum; quamùis de cunctis intelligendus sit per Sotum ipsum) attamèn intelligi debet, quod non cognoscat superiorem dominum temporalem, vt Imperatorem, & alium talem. Non enim potest Papa se hac potestate in Reges priuare; quoniam Petro est diuinitùs collata; quam ipse alienare non potest. Dicens enim Iesus, Pasce oues meas, in vniuersali loquitur, neminem excludit Regem, vel Imperatorem vt Basil. fatetur. Et Quodcumq; legaueris super terrã &c. Et quodcumq; solueris, &c. vniuersalitèr, æquè, ac magis. Cum ergò Papa sit Christi Vicarius, & successor Petri, qui ei contulit potestatem, non ad suum, sed Ecclesiæ bonum, non potest ipse tali quenquam eximere potestate vniuersali, temporali, & spirituali, ad ędificationem corporis Christi &c. Et Bonif. 8. ità sentire apparet in Extrauag. Vnam sanctam Quod autem declarauit successor Bonifacij quòd Regnũ Galliæ intelligitur vti priùs, & magis esse subiectum per extrauag. Bonifacij sui predecessoris; nihil Iuris dat Regi Gallo, neque adimit Ecclesiæ, quin nec dare potest, vt recte docet etiàm Bellarmin. Sed est iuris prisci declaratio, & elusio regiæ petitionis. Palàm quoq; est, omnes Reges in causa fidei, ad propulsandos hostes Christi, & tollenda scysmata, posse ab Imperatore conuocari, non quatenùs est Imperator, sed quatenùs à Papa declaratus est fidei defensor; quam potestatem cuilibet Principi, si desit, vel impotens sit Imperator, conferre potest Papa Caput Xpiãnismi, teste S. Thom. Non tamèn in causis ordinarijs fit appellatio ad Imperatorem, hoc solùm Canõ ille docet.

Vtrum Rex sit absolutus Dominus ut politici recentiores probant argum.

Sed clamitant Politici Macchiauello addicti, & Regem esse dominum absolutum, seu dispoticè; ac posse, vitam, ac bona omnibus auferre, & dare, prout vult, sicut facit Rex Turcarum, Hocq; confirmare audent verbis Dei ad Samuelem p. Reg. 8. vbi Ius Regis dominaturi explicat eiusmodi.

Responsio

Sed decipiuntur, quoniàm illa non fuit lex, sed prædictio futuræ seruitutis à Deo exposita ad terrorem Israelitarum petentium Regem laicum, nè desciscerent à Rege Sacerdote; quoniam laicus illa mala Tyrannica facturus fuisset in eos; & dolentem quasi se ostendit, quod relinquerunt Regnum Sacerdotale pro laico, dicens ad Samulem: Non te abiecerunt, sed me nè regnem supereos. Non consueuit enim Deus reges suos non Sacerdotes facere velle, & quasi inuitus Regnum eis permisit; præscius quòd abolendum foret, ac faciendum Sacerdotale in Christianismo, sicut dixit ad Ose. Dedi eis Regem in furore, meo; auferam in indignatione mea. Item miraculis de Cœlo ostendit Deus per Samuelem, quòd sibi Regnum laicum pro Sacerdotali displiceret. Post modum condescendit, & promisit Dauidi efficere illud Regnum Sacerdotale secundum ordinem, non Aron, sed Melchisedech Regis Sacerdotis Ergò illud non est ius Regni, sed aliud ius Regni verùm declaratum est ab ipso Deut. 17. Intrà corpus iuris diuini, & in 6. Sap. Et passim in Prouerbijs, & in prophetis. Ergò hoc tempore non extat Rex nisi vnus supremus. Erit (ait Ezechiel) Rex Imperãs omnibus vnus, hoc est, qui superiorem non agnoscit. Et hic solus Papa est, qui est caput; omnes autẽ Reges mẽbra principalia, sicq; declarauit Christus S. Brigidæ, quòd Ecclesia habet tres partes; Primo Iudices, qui sunt Sacerdotes. 2. Defensores, qui sunt Reges, & Principes cœter. 13. Agricolas pro substantatione, qui sunt plebes. Omnes autem hi, vnum faciunt corpus, etiam apud Platonem, ità partientem suam Remp. cuius nobis anima est Euangelica Religio, non autem Rex, vt putat imperitè Sotus, cum suo Aristotile vt supra.

Item

Item igitur, & vera est illa opinio, quã Sotus proscindit videlicet omne Dominium per Tyrannidem vsurptatam introductum esse, & permissiuè, vt cœpit in Nembrot. Atq; solummodò naturale esse regnum, & gubernationem. & ad hanc nos Christus reuocauit. Mahometes verò ad Dominationem. Non extat ergò propriè loquendo Dominus, quisquam in mundo Christiano, sed tantum Reges, Pastores. nisi vbi nomina confunduntur. & significationes eorum.

Vsus quoq; meliorum Principum idem confirmat. & appellationes Regũ, & Reginarũ. & Rerũ publicarũ ad Sedẽ Apostolicã in grauiorib', sicut patet in historijs & Can. Omnis oppressus liberè ad Sacerdotũ confugiat auxiliũ, & Constan. declaratio. Sed mox quæ raro fiũt antiquari videtur persertim vbi Principes suo arbitratu contrà fas viuere volunt, vt in precedentibus sermonibus patefactum est; & praxis in diuisione noui orbis, ipsaque necessitas cogit ità fieri debere &c. Quis autem non videat perpetuò Christianismum fluctuare & secum pugnare, & victas manus hostibus dare, & paulatim detruncari, donec agnoscat caput vnũ, cui se subijciant in cunctis omnes, vbi securitatẽ ab internis, externisq; malis inveniãt? Fiat ergò senatus ex omnibus Regibus Romæ & iuxtà illius decreta belli negocià, ac pacis quisq; capessat: cumctorũ armis vnitis pessundandus qui dicto Senatui inobediens fuerit. Et sic sæculũ aureum reflorebit. Alioquin Propè interitum Res nostra labascit sicut alibi docuimus. Et quidem Regnũ Mosaicũ cũ ad diuisionem venit sub Roboam, se perditũ iuit: designãs in nobis Imperij Græci, & latini diuisionem, vt patres animaduertunt. Et sicut Sammariæ Rex. qui primus apostatauit, in potestatem Babyloniorum deuenit: sic Regnum Græcorũ quod à fide p scysma defecit, in nouorum Babyloniorum Turcarũ potestatem redactum est: nobisq; eius malum minatur quod Ierosolymis olim; c sola Principum confederatio sub vno capite Christianismi, tutamẽtum pollicetur citra miraculũ.

Consultatio.

Potest enim Deus vtcumq; seruare nos. At discordiam fuisse in causa vt septingentæ ferè Prouinciæ olim Catholicæ, nunc Mahometo, & hæresi archis seruiant, nemo historiarum peritus negabit.

APPENDIX AD MESSIÆ MONARCHIAM.

Sermo de Iuribus Regis Catholici super nouum Hæmisperium, aliaq; Regna Infidelium, secundum scripturas Dei, contrà eos, qui hac in causa scripserunt, aut adulando, aut cõtradicendo.

Caput Decimum Octauum.

Opinio quod Rex Hyspan. nullum super Americanos habet ius, nisi bellicũ, postq; prædicatores Verbi intrãrint iniuriam patiũtur, à Rege vindicandam.

QVONIAM, elicit ex D. Thoma Caietanus, & post eũ Sotus, & Victoria, aliiq; non posse Christicolas vllo iure pungare cõtra infideles, nisi in eos, qui Regiones, & ditiones, quę Christianorum fuere olim, vel Romani Imperij occupassent. Ex quo sequitur, neq; Hyspaniarum Regem nouo orbi posse bellum inferre, incolasq; subiugare: at qui ad restituendum obligari quicquid armorum vi occupat. Quippè cum neq; à Deo missus sit, vt Moyses in Palestinam, neq; ab alio, auctoritate eorum scelera puniendi pollente. Ac proindè sequitur tunc solum cum Ecclesia Dei mittit prædicatores ad promulgandum Euangelium iuxà Christi iussionẽ, posse Regem ad defensionem illorum milites armare, eorumq; terras occupare, qui Prædicatoribus vim inferunt sic iustitia belli indutum. Hocq; solum esse ius bellicũ illius, aliud verò nullum. Ego autem dico, Regem Hyspaniarum si huic soli innititur Iuri, iniustum esse, obligatumq; ad restituendum.

1. Quoniam quandò Columbus eò adnauigauit, primamq; occupauit Terrã, haud quaquam prædicatores præmisit Euangelicos, pro quibus non receptis, & expulsis, iustum ipse bellum mouere posset.

2. Neq; preterea iustè infertur bellum, quia prædicatores non recipiuntur: Fides enim, vt ait Bernard. non est imperanda, sed suadenda, rationibus, patientia, & miraculis efficacibus. Signa autem Apostolatus nostri edita sunt apud vos (ait Paulus) in multa patientia, in signis, in miraculis, & portentis. Idemq; cõfirmat ad Rom. & Hæbr. & Corinth. Prædicatores ergò intrare debent per virtutem, non per vim. At si recipiuntur, & deindè iniuriis vexantur, tunc procul dubio Principes Christiani eos defendere possunt, iustumq; bellum iniuriantibus inferre. Sed verò in nouo orbe, ità non fit. Si enim Hyspanorum ipsorũmet legas Historicos, ac Poetas, qui de ipsorum expeditionibus scripserunt, inuenies Hyspanos quasi ad venationem Incolarum noui orbis excurrere, eorũq; terras occupare astu, & vi, & quocumq; valent modo. Et præcipuè vbi nec Prædicantium Idioma auditur, neque calletur. Astu sanè Cortesius occupauit

Mexi

Mexicanum Regnum, Regemq; eorum vinculis, compedibusq; coarctauit, nulla Regis, aut Regnicolarum iniuria in Prædicatores, aut Hyspanos præcedente, vnde ipse iure tutandi Religionem aut socios, arma mouere posset.

Historia sp. Postumius

Superius Postumius cum nomine Populi Romani ad furcas Caudinas seruandi exercitus gratia, cuius erat Consul, & Imperator, iurasset Romam nunquã illaturam Samnitibus bellum, persuasit mox Senatui vt ipse ligatus Samnitibus daretur, qui hoc iurauerat: fieretq; quasi Samnij Ciuis. Quo facto dixit Samnitibus, Ciuis sum vester, et actus à Populo Romano, eo quòd nomine eius ad vestram gloriam, & tutamen iurauerim: ac simul percussit Calce legatũ Romanũ dicens. Ego Ciuis Samnitanus iam Ciuis, Romanum percutio. Tunc ansam accepit Roma violandi iusiurandum, absq; impietatis crimine; quoniam prouocata à Samnite viro per calcem, non autem prouocans arma caperet. Quo ex facto impio concludit impius Machiauellus Religionem esse artem quandam regnadi, & fallendi: idcirco violari posse, & contrahi, ac extendi, accomodariq; nostris, vt scimus, volumusq; vtilitatibus?

Hoc idem faciunt profecto Hyspani secundum Theologos istos. Etenim permittunt Religiosos ad incolas noui orbis, quò ab illa idiota gente calce feriantur, & ad seruiendum irritentur. Vnde mox ipsi fingunt sibi ius occupandi quicquid possunt. At quidem ars huiusmodi non modo occupationem alienæ terræ non excusat, sed longè potiùs condemnat; quoniam imponit Deo ignorantiam eorum prauæ voluntatis, ac Machiauellistico ludibrio Religionem exponit.

Ius Hysp. esse in Papatu, et missione diuina super nouum orbem.

Qua propter priorem assertionem confirmo, Papam esse Dominum, vel Rectorem totius orbis in temporalibus, ac spiritualibus. Cumq; præuaricarentur Infideles naturæ legem per sodomiam publicam impunitam, per Idolatriam, & per Antropophagiam se inuicem comedendo, non modò ex pietate Christiq; præcepto, debere Papam mittere Doctores Euangelicæ legis ad ipsos ferino more viuentes, nec rationi acquiescere volentes. Sed etiàm milites qui Idolatriam exterminarent, anthropophagiã, & Sodomiam punirent, & inhiberent, illosq; ad veri Dei cultum cogerent, non secus, ac quando Hebrei Cananæorũ terram ingressi sunt à Deo missi, vt impiam nationem delerent; quæ tamen nec tam fera erat, vt hominibus vescerentur, sicut hæc contrà fas, & Ius naturæ.

2 Ratio ex Polytic. Arist. exemplo Alexandri.

Sed, & magnus Alexander hoc super iure suam fundauit Monarchiam, Barbaras regiones occupare professus, vt prosterneret barbariem, ciuilitatemq; introduceret. Et Arist. eius præceptor primo Polit. c. 3 hanc illum docuit rationem, Asserens eos, qui enormitèr naturæ leges violant, armis subiugari debere; sicuti, & cæteras bestias. Ipsi enim enormibus sceleribus in bestialem sese transferunt naturam: quę non ratione amplius, sed vi corrigenda veniat, seruituteq; sanè digna.

3. Ratio ex vsu Heroum.

Hercules item à Poetis, & Historijs laudatur, eo quod extinxerit orbis monstra, Tyrannos, Lestrigones, Lycaones, Antropophagos.

4 Exemplo Romanorum.

Item Romani ius amplificandi Imperium non modò in sociarum nationum, & confederatorum defensione locauerunt, sed et in Iure sæpè naturæ præfato; nec vnquam ferè iniustè bella parabant vt 2 Macab scriptum est. Quam vis Rom. Consul. Endibili Regulo Hyspano respondisset; Suũ ius in armis positum esse. Profectò hoc ad terrorem fecit. Nam ius erat Romanis super Hyspaniam contrà Carthaginenses possessores, & hostes, & pro confederatorum tutela. Plinius quoque consideratissimus lib. 16. cap. 2. Armis Romanis suam fœlicitatem debere mundum passim prædicat, irrideteq; Cauchorum vitam miserrimam ex pluiali limo, & piscículis limosis æducatum, sine legibus, bestiarum more. Qui deuictos seruire infeliciter se se reputarent, non autem beari potiùs, vt æquum erat. Sed, inquit, ità profectò fortuna multis parcit in pœnam. Et alibi, Non satis, inquit, æstimari potest, quãtũ Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere

Reli-

Religiosissimum erat; Mundi verò etiam saluberrimũ. Loquitur autem præcipuè de Gallis, & Britannis, qui homines sacrificabant antèquã Romanis subijcerentur. Alibi quoque: Quis non communicato ordine terrarum (ait) maiestate Romani Imperij profecisse vitam putet. Cõmercio reiũ, ac societate festæ pacis, omniaq; etiam quæ occulta antè fuerãt in promiscuo vsu facta? Et in alio loco idem decantans: Æternum sit quæso Deorum munus istud adeò Romanos velut alteram lucem dedisse rebus humanis videntur. Hæc Plinius: quæ longè magis Hyspanis orbem totum communicantibus, & barbariem Religione expellentibus, cenueniunt.

3. Exemplo Cyri.

Cyrus itidem à Deo se missum aiebat ad occupandas regiones alienas, vt Ciuiles per ipsum redderentur. Nec dubium vera vtrunq; dixisse, cum Deus in Isaia, & Hieremia, se misisse doceat Nabucdonosor ad punitionẽ Barbararũ, Idolatrarumq; nationũ ideoq; eiùs ditioni homines subiecisse. Insuper inquiens, & bestias terræ dedi ei. At hi flagellatores orbis manifesta iussione Dei autorizati non erant; Sed ità dicentes prophetabant, vt Caipas volente Deo, qui corda, & linguas Principum mouet. Idcircò, & postea ijdem puniti sunt, quoniam nomine Dei abutebantur, sibi non Deo intendentes parare Regnum: cogitabantq; ea præconij ratione populos terrere, sibiquè obedientiores reddere. Sed de Cyro expressè dicit Dominus Isaiæ 49. Dico Cyro Christo meo, Pastor meus es tu, & omnem voluntatem meam adimplebis, Et c. 45. Hæc dicit Dominus Cyro Christo meo, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam antè faciem eius gentes, & dorsa Regum &c. Et quidem Cyrus mirifica fecit opera; ædificauit etiam templum Ierosolymorum, & captiuitatem liberauit Israeliticam. At verò turpiter occubuit Cyrus; quoniam non ità cognouit Deum, vt æquum erat. Dicente Deo ad illum, ibidem. Ego accinxi te, & non cognouisti me. Sic instinctu Dei vices Imperij Christi pacifici Octauianus tenuit, teste S. Thoma de Regim. Princip. et Augustino.

Corollarium.

His ex sermonibus ritè elicitur, nationem quãcumq; præpotentem, quæ alienas occupat terras mitti à Deo per instinctum, aut per manifestam vocem, & reuelationem; dum alias castigare decernit, aut meliores facere: neminemq; absque Iuris Diuini nutu alienigenarũm subiugare terram.

Regressio ad Primã cõclus. quod Hyspani à Dei instinctu ab initio in nouam hæmisphæriũ missi fuerint.

At posse quemvis occupatorem peccare, si non intendat propter Deum id facere, sed propter gloriam propriam, aut auaritiæ explendæ gratiã.

Responsio, obiciens contra Conclusionẽ principalem.

Nunc ex his assero: Proculdubio à Deo missos fuisse Hyspanos ad punitionem alterius Hemisphærij per instinctum, sicuti Cyrus, Alexander, Nabucdonosor, Romani, & alij; ac subinde bona, certaq; iura in natura eos habere contra præfatos Barbaros, hoc est arma propria, & Barbarorum scelera.

Sed obijcit Sotus, & qui secum sentiunt: Verum quidem est mereri extremã supplicia Americanos aliosquè Barbaros propter Idolatriæ scelus, sicuti, & alios aliquando propter sodomiam, & latrocinia cruenta. At neminem posse proprio priuari Regno, & possessione, nisi priùs à cõpetenti Iudice condemnatũ; veluti à Deo ipso Cananæi, & Amorræi condemnanti fuerunt, traditiq; Hebræis misso Moyse ad vlciscendum Idolatrias, & iniquitates eorum. Sed Rex Hyspanus, neque à Deo missus est contra Americanos, nec iniuria ab eis lacessitus est vlla: ergò iniustè, eos prosequitur bello. Itaq; ait. Cyrum, Alexandrum, & Nabucodor peccasse sicuti, & Iudas Iscariotes, qui Dei fecit voluntatem, non quidem intendentes voluntatem Dei facere sibi ignotam, sed propriam, quę diuersa tamen ratione cum diuina concordabat.

Confutatio præfatæ responsionis.

Cũi respondeo: licet præfati peccarint; Regem tamen Hyspanum, nisi sibi ipsi confingat, fictasq; præfigat rationes alias, dum mittitur à S. Pontifice Romanõ ad occupandas hasce nationes nequaquam peccare. Ac Pontificẽ absq; dubio Iudicẽ esse, & harũ nationũ in quantũ Iesu Christi primę rationis essentialis locũ tenet, & vices, qui & hoc possit, earũ præsuppositis immani crimine, & Barbarica simul incorrigibilitate. At inquis: vbi nã Papa hãc accepit auctoritatẽ?

Obiectio.

Resp.

Respondeo In eo. Quodcumq; solueris, aut ligaueris &c. ad ædificationem tamē, non ad destructionem &c. vt Apostolus docet. »

Itaq; quicquid Rex sub auspicijs Christi occupat, ad Papam disponere spectat, ab eoq; prædictorum Regnorum possessionem, sicū, vt dicunt, inuestituram largiri iure diuino certum est, cum enim Messiæ mundi Imperium promissum fuerit: & dictum. Gens, & Regnum quòd non seruierit tibi peribit. cumq. sit Messias Ratio summa incarnata; & illi Americani contrà rationem tam impiè viuant, proculdubio potest D. Papa eos iure iudicare castigatione dignos nisi rationi obedierint, cuius capaces participesq; sunt naturaliter; »

3. Præterea quando quippiam fit adimplendæ prophetiæ gratia, contrà ius nō est reputandum, sed iudicium à Deo editum; essq; iudex positus à Deo; qui factum illud exequitur, si ad ipsum tamen attinet exequtio. Cum prophetizatum fuisset ab Ahia Silonitide seruo Salomonis Ieroboamo, quòd futurus esset Rex decem tribuum, haud quaquam peccauit Ieroboam regnum illud occupādo; prædictum enim illis fuerat faciendumq; At peccauit deinde, quando Regno abusus est, & ad Idololatriam prolapsus. Sic & Salomon dum Sacerdotio, Abbiatar priuat iuxta prophetiā. Quos obres cū Prophetiæ de Messia extāt, qd ipse destructurus esset gentilismū omnesq; Reges terræ cōtradicentes, & subacturus verbo, & armis materialibus, tandē, sicut docuimus in precedētibus sermonibus de Monarchia Messiæ, profectō Rex Catholicus seruus eius, has exequēdo prophetias, nequaquam peccat vsurpatione Iudicij, sed solum peccaret auāritiæ, aut ambitione si ex his moueretur, hic autem disputatio tantum ventilatur, vsurpet nē iudicium, vel non. »

4 Prophetia clara (teste Paulo) ad Abraham vt esset hæres mundi, & Danid Psalm. 2 Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessiones tuas terminos terræ; & reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. &c. Et quidem ità prorsus confringit Rex Hyspanus nationes, prophetias adimplendo. Et alibi: Vt det illis hæreditatem gentium &c. Et, Ad nihilum reduces omnes gentes &c. Et, Constitue legislatores super eos, vt sciant gentes, quoniā homines sunt, &c. Ità dicit, quia viuunt, vti bestiæ, & ideò subiugandæ, teste Arist. Et alibi: Iudicentur gentes in conspectu tuo &c. Et peribitis gentes de terra illius &c. Et: Eripies me de contradictionibus Populi, constitues me caput gentium &c. Et: Ipse dominabitur gentium &c. Et: Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt Regna &c. (ponitur præteritum pro futuro in Hebraica lingua carente multiplici temporum flexione) Hæc autem præcinitur tamquam præludium iudicij contrà eos, donec fiat per ignem: in quo nos dicimus olim alusum esse ad archibugia. Et ideò alibi. Deus vocauit terram &c. Et ignis axardescet in conspectu eius &c. Et: Intende ad visitandas omnes gentes; & non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem &c. Hęc visitatio nunc exequutio ni mandatur. Et alibi: Turbabuntur gentes, & timebunt. Et; Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. &c. Irē facite ei, qui ascendit super occasum. Nunc paratur iter Christo ascendenti cū Euangelio per discipulos suos ad occasum; vbi est mundus nouus per Oceanum. Et ideò Christophorus Columbus iter primus fecit nutu Dei. Ex nomine Christophorus, Interpretatur enim ferens Christum, & vt Columbus, Columbam Ecclesiam. Et alibi: Omnes gentes seruient ei, &c. Totus iste Psalmus de Regno Messiæ canitur. Et alibi: Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt &c. In hoc Psalmo canitur in figura de Hebræis quando armis expulerunt idolatrias de Palestina: & ideò inquit: Vineam de Ægypto trāstulisti; eiecisti gētes, & plantasti eam: Nostro autem quòd figurabatur, impletur tempore; nam, & Psalmi titulus est; In finem. Omnes autem hujusmodi tituli prefigurant de nobis, teste Ambrosio. Et alibi: Surge Deus iudica terram, quoniam tu hæredabis in omnibus gentibus &c. Et sicut ignis qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes: ità per »

Rom 4
Psal. 2.
110
9
49
18
64
67
71
78

sequeris. »

sequeris illos &c. Item loquendo de Messia canit. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius: ipse invocabit me Pater meus es tu; & ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus Terræ, & c. Et Commouebitur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia Dominus regnauit &c. Exultet terra, & lætentur insulæ multæ & c. Hic est nouus orbis à nobis insultus. Sed ait: Ignis ante ipsum præcedet &c. Ecce euentus rei dat intellectū huius prophetię; si quidem ignis tormentorum bellicorum præparauit viam Euangelio, vbi non nisi per vim Regnum Messiæ introduci poterat. Hunc autē Psalmum de primo aduentu maxime intelligi debere testis est Apost. in Epist. ad Hebr. 1. Cum introducit (aeris) primogenitum in orbem terræ. & c. Sunt & alij sensus, sed hic nunc pronobis, Et alibi: In conspectu gentium reuelauit iustitiam suam &c. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ &c. Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam &c. Et Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suę Reges, iudicabit in nationibus, implebit ruinas, & conquassabit capita in terra multorum &c. Quādo nam à Messia hoc factum est, nisi à sequacibus in illius virtute? Nam, & de primo, & de secundo aduentu istud declaratur, & ad Papam, eius pertinet interpretatio, quod autem eius nutū fit, iust xiure fit. Concedunt namq; aduersarij iuste puniri Americanos; Attamen Hyspanos non iuste punire, quasi Deus absque iudicio suæ Ecclesiæ dilatationem, & sine iudice fieri sinat, qui eidem spiritum suum dedit, & Prophetijs præmunit. Item in penultimo Psalmo annuncians canticum nouum pro redemptione Cætus data, hos euentus omnes prænunciat; Exultabunt Sancti in gloria, & letabuntur &c. Exultationes Dei in gutture eorū, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis; ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciat in eis iudicium. & c. Ita profsus fecere Hyspani de Rege Matezuma, & de Rege Arabalibæ, & de alijs Principibus, & Cujcyquibus vocitis. Et sic dixit Moyses: Persequebatur vnus mille, & duo fugabant decem millia. &c Hic figuratum est in Hebreis: in nostris verò plenius completur; vix enim quatuor discalceati, innumeras populati sunt nationes Idolatratum.

Preterea in præcedenti libro probatum est, Principes Christianos brachia esse corporis Christi mystici: Papam verò caput; At sic prophetat Isaias 51. Prope est iustus meus. Egressus est Saluator meus; Brachia mea populos iudicabunt &c. Me Insulæ expectabunt, & brachium meum substinebunt. &c. Proculdubio hic describitur ipse Messias, & Brachia eius Reges Christiani. Illud verò præcipuum Brachium quòd hucusq; Insulæ expectarunt, Rex est Hyspanus, sicuti & cap. 42. dixerat. Et legem eius insulæ expectabunt & c. Hactenus enim non transierat ad eas, cum paulo antè de Messia dixisset, Non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium (& addit) ac legem eius insulę expectabunt &c. Iam sine bello, & Turbulentia positum est Euangelicum Iudicium in nostro orbe: sed in Insulas cum per brachium deferatur, vadit simul cum gladio. Item in c. 60. postquam narrat legem Christi, & adorationem eius ab omnibus Regibus nostri Hemisphærij, addit: Me insulę expectabunt, & naues maris in principio, & adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurū eorum in nomine Domini. &c. vbi ad digitū ostenduntur Naues classis Hyspanensis, quę deferunt prædestinatos in Ecclesiā Israelis Christiani, & aurum, & argentum barbararum nationum: vt patet, & deindè subsequitur: Aperientur die ac nocte portæ tuæ, & afferatur ad te fortitudo gentium. & Reges earum adducantur. Gens et Regnum quòd non seruierit tibi, peribit; & gentes in solitudine vastabuntur &c. quid clarius? aut quādo vnquam id visum est nisi nunc? Nos disputamus ex Aristotele, non ex Scripturis Dei, & ideò veritatem nunquam inuenimus. Item cap. 54. Dilata, inquit, pelles tentorii tui, pelles tabernaculorum extende, non parcas, longos fac funiculos

culos tuos, & clauos tuos consolida; ad dexteram, & ad læuam penetrabit, & semen tuum gentes hæreditabit; Ciuitates desertas in habitabit &c. Hic describitur Ecclesia quæ per Regem Hyspanum ad dexteram mundi, & ad sinistram dilatatur. Lusitani ad Indos, & Regna orientalia. Castellani ad Occidentalia penetrant: Quippe sinistrosum etiam Aristotelicis, & Ciuitates gentium hæretant, & habitant in eis, cum delent, & fungant incolas earum sicuti palàm est per Historias. Et in c. 66. Inundabo, ait, super vos fluuium pacis, gloriam gentium, quam sugetis &c. Ecce sanè exugunt tamquam mel Hyspani totâ gloriâ dictarum nationum, aurum, & argentum, quidquid boni habent, etiam in sepulchris conditum. Adde ruina quoq; earum in cap. 39. fit mentio sic: Indignatio domini super omnes gentes: furor eius super vniuersam militiam eorum interfecit eos, & dedit eos in occisionem. Et alibi: Possidebit eos Domus Israel in seruos, & Ancillas. Ergò nisi cum Impio Cherintho Paradisum in terra expectamus, aut cum semiorigenistis solum sensum mysticum amplectimur, excluso literali, qui principalis esse debet: Atq; neq; assentimus D. Bern. in serm. ad milites templi, vbi Historicum potiorum verborum iuxta præsentis temporis euentus amplectendum docet, non excluso anagogico futuri sæculi. Recognoscere etiam habemus hos successos in Christianismo, pphetiarum esse adimpletiones; & sic melius satis fit nobis, & Hæbreis, & Gentibus; vt dixi in Prophetalibus, & de Monarchia Messiæ scribendo.

Cum igitur plenissimè ex Prophetis constet voluntas Dei; spectat ad Pontificē illam explicare, mundumq; partiri, & hæreditatem gentium filijs suis ad ædificationem corporis Christi, & quicquid acquirit Rex Catholicus sub Christi auspicijs eius est, hac vnica ratione. Et sic dixit septe ad legatos Regis Amon. Non ne ea, quæ possidet Chamos Deus tuus tibi Iure debentur? Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem, &c. similiter, vt Amon possemus nunc dicere; Quecumq; Rex Turcharum possidet, iure possideri ab eo, quoniam abstulit a nobis illa, credens se te Deum pro se habere; sed Fides falsa est, non autem possessio; nisi quatenus in errore fundatur; sed quatenus à Deo ei data ad scelerum nostrorum punitionem, sua est possessio, ressq; possessæ, sicut fuit etiàm Nabuchodonosori quicquid ille occupauit secundum scripturam Dan. 2. Deus Cæli dedit tibi Regnum: Attamen remanet in nobis ius repetendi, quòd non remanet in Gentilibus; quoniam nō solum iure permisso, sed etiàm dato possidemus eos. Iustè, ait S. Bernardus, possidebat Diabolus hominem, non iustitia in se existente, sed in Deo. Homo verò iustè quæ occupat, dicente Deo; Iustitia Dei, ac sua.

Quapropter verissimum censeri debet; vnicuique Regnum etiàm infideliū, Angelum suum à Deo præesse, vt patet apud Danielem, & nutu Dei cuncta regi. Beatus qui hoc pernouit. In iure igitur naturæ, vt patet ex Philosophis; & Diuino, vt ex prophetiâ didicimus; fundatur Ius, quo Rex Catholicus possidet in nouo Hemispherio; non autem ob illud Ius fictitium, & stratagemmaticum iam explosum. *Iuere naturali ac diuino à Pat. autorizatus possidet Rex Catholicus nouum orbem.*

Verum enimverò Pontifices multa instinctu Spiritus sancti faciunt, aliud cogitantes pro ratione facti.

Item S. Brigida lib. 2. c. 19. laudat bellum contrà Infideles in communi, si ad Ecclesiæ amplificationem fiat, sed his lamentatur verbis. Pugnant vt dilatent superbiam suam, & augeant cupiditatem suam, ideò veniet tempus, quo dentes eorum confringentur, manus dextera mutilabitur; & eneruabitur dexter pes eorum &c. Per manum dexteram mutilatam intelligit hic Imperium Constantinopolitanum, iam ab Ecclesia detruncatum, & omninò deletum; cætera cui dolent ille interpretetur. *Ex Brigida*

Idem comprobat D. Augustinus ex illa scripturæ sanctæ auctoritate. Labores impiorum iusti comendet &c. loquens contrà Donatistas, quibus erepta fuerūt prædia, Catholicisq; adscripta. Quamquam verò Donatistæ, subditi Imperatori *Ex August.*

tori fuissent, qui iure poterat id efficere. Tamen gentilitas longe deterior, magisq; impia Donatistis est in nouo Orbe. Prætata autem authoritas magis militat contrà Gentilismum Item ad Christianos dicitur Malach. 4. Saliens sicut vituli de armento, & calcabitis impios, cum fuerint sicut cinis sub planta pedū vestrorum, in die, qua ego facio dicit Dominus. Et Sophonias clarius cap. 2. Horribilis Dominus attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum vir de loco suo omnes Insulæ gentium, sed et vos Aethyopes interfecti gladio meo eritis, &c. Et paulò inferius. Disperdidi gentes, dilapidati sunt anguli eorum, desertas feci vias eorum, desolatæ sunt Ciuitates eorum. &c. Et alibi: Expecta me in die resurrectionis meæ, dicit dominus, in futurum, quia iudicium meum, vt congregem omnes gentes, & colligam Regna, & effundam super eos indignationē meam, omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra, quia reddam Populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno: &c. Equidem nescio quo pacto melioris aut clarioris, aut certioris, prophetia poterat præsentes euentus exprimere. Videmus datam vnam fidei confessionem, vnumq; labium mundo, & fieri desolationem populorum, vt inquit, quo omnes seruiant Deo sub vno Brachio; hoc est Rex Hyspanus Catholicus, ideſt vniuersalis, Brachium Ecclesiæ, non caput, vt suprà docuimus. Idcircò in humero vngitur, Papa verò in capite ad Regnum. Et quamuis alius sensus sit apud antiquos expositores huius vocabuli, In humero vno; nihilominus iste propinquior est veritati, cum in eo videamus verificari prophetiam: quæ consueuit melius intelligi à posterioribus, quàm ab antiquioribus, quamuis cætero sapientioribus.

Ex Malachia.

Ex Sophonia

Item Aggæus propheta ait: Conteram fortitudinem Regni gentiū, subuertam solium Regnorum: Item Micheas 5. Erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi deo in iumentis Syluarum &c. Hoc continuè accidit paucis Hyspanis inter innumerabiles Indos, & Americanos &c. Deindè loquitur ad gentiles: Perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui, non adorabis opera manuum tuarum &c. Conteram Ciuitates tuas, & faciam in furore, & indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audiunt.

Ex Aggæo

Ex Mich.

Item Abdias loquens de Esaū quatenus figura omnium gentilium: Erit Domus Iacob ignis, & Domus Ioseph flamma, & Domus Esaū stipula. &c. Ac subindè enarrat diuisionem Regnorum Idolatrarum inter filios Israel; quæ prorsus representat hanc inter Castellanos, & Lusitanos factam ab Alexandro Sexto Pontifice Maximo Vndè innotescit hanc partitionē fuisse prophetiæ executionē, & non Iudicium vsurpatum, nisi quatenus prophetia ignoratur, aliaq; fingitur causa; & prætextus.

Ex Abdia

Præterea, vt demonstrauimus in Prophetalibus, & alibi: Rex Hyspanorum ex stirpe Iaphet per Tubal originem trahit. Cyrus autem ab eodem per Medai. Hic ergò illius figura est. Sicut teste S. Augustino Nabuchodonosor fuit Imperatoris figura. Ac veluti Cyrus à Deo apud Isaiam per promissionem accipit omnia Regna mundi, vt sit flagellum Deorum, & rædificet templum Deo Cæli, in quo sit iuge sacrificium, & liberet captiuitatem Israel; Sic, & Rex Hyspanus faciēs ex toto orbe templum Deo Cæli, ponens iuge sacrificium, quod singulis horis in ditione suā, cingente cum Sole orbem terræ, fit; & liberans captiuitatem ab Infidelibus, & hæreticis; prorsus figuræ suæ exprimit veritatem: eiq; debetur vltima hæc Monarchia. Idcircò vocatur Catholicus, ideſt vniuersalis, cuiusmodi nomine Cyrus fuit; & quoniam quicquid factum est in vetere testamento, figura fuit Faciendorum in nouo, vt docet Apostolus; Omnia in figura contingebant illis. & S. Augustinus contrà Faustum, totam illius Populi vitam, prophetiā nobis fuisse probat. Igitur hæc Regnorum occupatio per nostros præfigurata est in Cyro, & in introitu Hebreorum in terram Canaam, promissumq; fuit Regno Messiæ, & huic mystico Cyro; cui proprius dixit Dominus: Qui dico Cyro Christo meo; Pastor meus es tu. Quid autem de Hyspanis prophetarum est,

Ex figuris S. Scripturæ.

si abusi fuerint tantis beneficiis, alibi dictum est.

Præterea paulo ante ostendimus, quemlibet Regem in Christianismo, esse sicut Dauidi, Dauid verò, qui nunc est Papa. Ipse est sicut Deus, iuxtà Zach. 12. Dauidi autem promissa sunt omnia Regna, omnesq; nationes est in psalmis, & in Amos 9. & pluries; vt probatum est in libro præcedenti. Et gladius iste Hyspanus, est ipse met gladius Messiæ exercendus, vt dictum est ad Papæ directionem, & Imperium, & ædificationem Ecclesiæ, non in destructionem, neq; ad ambitionem, & auaritiam sæcularium dominorum: Omnesq; Principes gladium habent mystici Dauidis, quoniam defensores Ecclesiæ Dei sunt; Pontificibus subiacent, vt membra capiti; qui etiàm quando ipso gladio abutuntur potest eos corrigere. Hunc quoq; gladiù dedit Hieremias Iudæ Machabeo: Hieremias, inquam, Propheta, & Sacerdos, & figura Papæ, positus à Deo vt scriptum est, super gentes, & Regna, vt euellat, & destruat, & ædificet, & plantet. Huno quoq; gladium tribuit Dauid Messiæ quando desponsatur Ecclesiæ: Accingere (inquiens) gladio tuo super femur tuum potentissime. Et notanter super femur, nè intelligas gladium spiritualem modò, qui ex ore, non ex femore pendet. Hæc omnia autem in superioribus sermonibus, satis superq; probata sunt.

Ex Zacch. in mistico Dauid. Regno.

2. Macab. 15

Psal. 14.

Toto igitur Cælo Pseudoteologus errat, cum docet Papam non partitum esse nouum orbem regibus Castellæ, & Lusitaniæ, tamquam Dominus, & Iudex, sed tamquam Arbiter. Si enim id verum esset, nullum Ius haberent super portiones acceptas præfati Reges. quandoquidem arbitrio alterius subijcere non poterunt, quod Iuris eorum non erat. Nec illa in partione Papa contulit eis facultatem defendendi Prædicatores Christi, sicut iste dicit. Hanc enim habebant ex quo titulum Regni accipiunt; neque de ista erat concertatio, aut dubietas; sed diuisit prius Brasil ab America Australi, à Septentrione in meridiem ducta linea: Deinde verò alteram vlteriorem Occidentem versus lineam, quasi paralellam priori adiecit, instantibus Lusitanis. Sicut Buterus, & alij narrant. Hæc autem acta non sunt Arbitri, cuius Iurisditio post primum arbitramentum subitò euanescit; neq; Iudicis delegati, sed supremę potestatis perpetuò durantis. Et quidem ità est. Vicarius enim est Iudicis viuorum, & mortuorum, & Principis Regum Terræ. Regis Regum, & domini dominantium sicuti præcedenti opusculo satis patefactum est.

✠✠✠

✠

AESII

APVD GREGORIVM ARNAZZINVM.

DD. SVPERIORVM PERMISSV.

M. DC. XXXIII.

ERRATA	CORRECTA.
epist dedic. lin. 17. maricos.	lege marinos.
Fol. 7. lin. 17. maltię	malitiæ
25 fundamenum.	fundamentum.
33. Timerlanes.	Tamerlanes.
50. sortiori.	sortiri.
54. IX.	XIIII.
8. 40 pussunt.	possunt.
9. 22. ammos.	animos.
27. Pyr us	Pyrrus.
29. interfecti	interfecti.
43. facilùs.	facilius
45. consugiunt.	cofugiunt.
im marg. 11 sunt.	sunt.
10. 5. oropria.	propria
11. 4 Bibliis	Bibliis.
6 Prnitās.	Paternitas.
12. frūm	fratrum
12. 20. depositiorē	depositionem
13. 1. utoq;	utroq;
12. oonsueuerint.	consueuerint.
27. donet.	donec
14. 15. peistlentia.	pestilentia.
11. Z	Eze.
17 30 scyisma.	schisma
36. sundandus	fundandus.
38. Tabernacula.	adde. tua.
45. uorò	uerò
ibi temprijbus.	temporalibus.
50. subiuzaui.	subiugaui
18. in remissa. sensū	Iesum
19. 3. cresse.	creasse.
11. dumadeius.	dum ad eius.
in marg ātimacebia-ucellismum.	macchiauellismū
21. 19. prorusus	prorsus.
22. 33. acberet.	adberet.
25. 25 dixmus.	diximus.
in marg. Cpr.	Cypr
27. 22. Tyranijcum.	Tyrannicum.
28 23. perueisas.	peruersas.
33. heresa	hæreses.

ERRATA.	CORRECTA.
fol. 29. lin. 9. eins.	eius.
26. Annæ & Caiphę	Anna. & Caifa.
30. 3. uulgò	uulgò.
38. obetit.	obedit.
46. cum.	cum.
31. 12. unt.	sunt.
17. Patriarchatū.	Patriarcarum.
21. dicem	dicens.
23. subiesti.	subiecisti.
33. pebet.	debet.
34. eictum.	dictum.
34. 13. Prohetat.	Prophetat.
28. destullisti.	destulisti
51. non suisse	non fuisse
35. 18. nobscum.	nobiscum
36. 5. spirituale	spirituali
8. directina.	directiua.
12. transgresores.	transgressores.
25. cogisse sinunt.	cogi se sinunt.
24. Chriysost.	Chrysost.
37. 48 etia.	etiam.
eod. unicorrus.	unicornis
eod. mium	meum.
51. ea philosophia.	ex phylosophia.
52. eumdem.	eundem.
38. 11. guttere	gutture
24. auctus.	acutus.
38. irreuens.	irruens.
43. 53. rationabilitatis	rationabilitatis.
45. 12. Crorint	Corint.
46. 13. Aopstoli.	Apostoli.
48. 4. origin	origen
17. regenda.	regendam.
49. 17. pleb.	plebs.
25 Abrham.	Abraham.
50. 2. consacratur.	consecratur.
10. Angustinus.	Augustinus
43. Sybmaco.	symmaco.
51. 48 superomnia.	super omnia
52. 47. utrum alteri subsit.	adde utrum alterū alteri &c.
53. 9. equm.	equum

ERRATA.	CORRETTA.
fo. 54. 14. cærcendos	coercendos.
55. 48. ab et confir	ab eo cōfirmētur
56. 53. efficacissima.	efficacissima.
59. 9. Medianitar;	Madianitarū.
60. 19. ut sed saluetur	sed ut saluetur.
23. ut dominator iudex in qua. Quia.	ut dominator et iudex, in qua quia.
ibi femen	semen
27. Regida	Regi dà
37. sta.	ista.
38. faciat.	faciat.
61. 1. explanta.	explanata.
29. peccanibus.	peccantibus.
43. Basilijs.	Basilius.
62. 2. correctione.	correctione.
3. Pontifees	Pontifices.
12. uniuerstlitèr	uniuersalitèr
64. 4. uocationem.	uacationem.
22. inherees.	inherere.
68. 14. ut amq;	utramq;
19. sup. ponentis.	supponentis.
31. Pontificum.	Pontificum.
40. piuatus.	priuatus.
43. epscoporum	episcoporum.
54. insti diasq;	insidiasq;
69. 39 consacrantes	consecrantes.
70. 18. Myses	Moyses.
71. 7. offenderit:	offenderit.
14. omnls.	omnis.
17. Princepes.	Principes.
78. 35. secnndum.	secundum.
79. 45. cuersus.	conuersus.
80. 18. subordinatur	subordinantur
37. in bursentur.	inbursentur.
82. 51. coeter. 13.	cęteri. 30
83. 4 Mbometes.	Mahometes.
31. hæresi archis.	hæresiarchis.
84. 19. præterea	propterea.
88. 41. expestabunt.	expectabunt.
89. 6. hæretant.	hæreditant.
34. pormisso.	promisso.